RHETORICA TVLLII.

M.T.CICERONIS ORATORIS CLA rissimi linguæ latinæ facile principis Rhetori- ces libri quattuor ad.C.Herēniū incipiunt fœliciter. Ac eiusdem.M.T.Cicero- nis de Inuentione libri duo ab omni mēda terse & niti de castigati.

TITVLI SEV CAPITA LIBRI PRIMI AD.C. HERENNIVM.

TITVLI LIBRI SECVNDI.

TITVLI LIBRI TERTII AD.C. HERENNIVM.

TITVLI LIBRI QVARTI.

Tituli seu capita omnium librorum.

TITVLI LIBRI PRIMI DE INVENTIONE SEV RHETORICAE VETERIS.

TITVLI LIBRI SECVNDI RHETORICAE VETERIS.

Tituli seu capita omnium librorum.

FINIS TITVLORVM SEV CAPITVM TOTIVS OPERIS.

M.T.CICERONIS ORATORIS CLARISSIMI RHETORICES AD.C.HERENNIVM.

INCIPIT LIBER PRINVS.

e T SI NEGOCIIS FAMILIAribus impediti uix ſatis ociũ ſtudio ſuppeditare poſſumus & idipſum quod datur ocij: libentius in philoſophia conſumere conſueuimus: tua nos tamen Cai Herenni uoluntas cõmouit: ut de ratione dicendi conſcriberemus: ne aut tua cauſa noluiſſe: aut nos fugiſſe laborem putares. Et eo ſtudioſius hoc negocium ſuſcepimus: ꝙ te nõ ſine cauſa uelle cognoſcere rhetoricã intelligebamus. Non enim parũ fructus habet copia dicendi: & commoditas orationis: ſi recta intelligẽtia & definita animi moderatione gubernetur. Quas ob res illa: que greci ſcriptores inanis arrogantiæ cauſa ſibi aſſumpſere reliquimus. Nam illi ne parum multa ſciſſe uiderentur ea cõquiſiuerũt: que nihil ad propoſitũ attinebant ut ars difficilior cognitu uideretur. Nos aũt ea que putamus: ad rationem dicendi pertinere ſumpſimus. Nõ enim ſpe queſtus aut gloria cõmoti uenimus ad ſcribendũ quẽadmodũ cæteri: ſed ut induſtria noſtra tue morẽ geramus uoluntati. Nũc ne nimium longa ſumatur oratio: de redicere incipiemus. Sed ſi te illud unum monuerimus: artem ſine aſſiduitate dicẽdi non multũ iuuare: ut intelligas hanc preceptionis rationẽ ad exercitationem accõmodari oportere.

DE ORATORIS OFFICIO. Ti. primus.

o Ratoris officium est de his rebus posse dicere que res ad usum ciuilem moribus & legibus constitute sunt: cum assensione auditorum quoad eius fieri poterit.

DE TRIBVS GENERIBVS CAVSARVM. Ti. ij.

t Ria sunt genera causarũ que recipere debet orator. Demonstratiuum. Deliberatiuũ. Iudiciale. Demonstratiuũ genus est: quod attribuitur in alicuius certe persone laudẽ uel uituperiũ. Deliberatiuum est: quod positum in consultatione habet in se suasionem & dissuasionem. Iudiciale ẽ: quod positum in controuersia habet accusationem in se aut petitionem cum defensione.

DE QVINQVE PARTIBVS OFFICII ORATORIS. Ti. iij.

n Vnc quas res oratorem habere oporteat docebimus. Deinde quomodo has causas tractari conueniat ostendemus. Oportet igitur in oratore esse inuentionem: dispositionẽ: elocutionẽ: memoriam: & pronunciationem. Inuentio est rerum uerarum: aut uerisimilium excogitatio: quæ causam probabilẽ reddant. Dispositio est ordo & distributio rerum: quæ demõstret quid quibusq; locis sit collocãdum. Elocutio est idoneorũ uerborũ & sententiarum ad inuen

tionem accōmodatio. Memoria est firma ai rerum & uerboru dispositionis perceptio. Pronunciatio est uocis: uultus & gestus moderatio cum uenustate. Hæc oia tribus rebus assequi poterimus: arte: imitatione: & exercitatione. Ars est præceptio: quæ dat certam uiam rationeq; dicendi. Imitatio est qua ipellimur diligenti ratiōe: ut aliquorū similes in dicēdo esse ualeamus. Exercitatio est assiduus usus consuetudoq; dicendi.

DE.VI.PARTIBVS INVENTIONIS.Ti iiij.

Voniam igitur demonstratum est: quas causas oratorem recipere oporteat: quasq; res habere conueniat: nunc quēadmodum ad orationem possint oratoris officia accōmodari dicendum uidetur. Inuentio in sex partes orationis cōsumitur: in exordium: narrationem: diuisionem: confirmationem: confutationem: & cōclusionem. Exordium est principium orationis: per quod animus auditoris: aut iudicis constituitur: uel apparatur ad audiendum. Narratio est rerum gestarum aut perinde ut gestarum expositio. Diuisio est per quā aperimus quid conueniat & quid i cōtrouersia sit: & per quam exponimus: quibus de rebus sumus dicturi. Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseueratione. Confutatio est cōtrariorum locorum dissolutio. Conclusio est artificiosus terminus orationis. Nunc quoniam una cū oratoris officijs: quo res cognitu facilior eēt: producti sumus: ut de orationis partibus loqueremur: & eas ad inuentionis rationem accōmodaremus de exordio

primo dicendum uidetur. Causa posita: quo cōmodius exordiri possimus: genus causæ cōsiderandum est.

DE QVATTVOR GENERIBVS CAVSARVM. Ti quintus.

g Enera causarum sunt quattuor: honestum: turpe: dubium: & humile. Honestuum genus causæ putatur cū aut id defendimus quod ab omnibus defendendum uidetur: aut id oppugnamus: quod ab omnibus oppugnari debere uidetur: ut pro uiro forti contra parricidam. Turpe genus causæ intelligitur: cum aut honesta res oppugnatur aut defenditur turpis. Dubiū genus est: cū habet in se causam honestatis: & turpitudinis partē. Humile genus est cum cōtēpta res antefertur. Cū hæc ita sint cōueniet exordiorū rationē ad oē genus causæ accōmodari.

DE DVOBVS EXORDIORVM GENERIBVS. Ti. sextus.

e Xordiorum duo sunt genera. Principium quod græce appellatur proœmium: & insinuatio: quæ ephodos nominatur. Principiū est cum statim auditoris animū nobis idoneū reddimus ad audiēdū: id ita sumitur ut attētos: beniuolos: dociles: auditores habere possimus.

DE EXORDIO SECVNDVM GENVS CAVSAE. Ti. septimus.

s I genus causæ dubium habemus: a beniuolentia principiũ constituemus: ne quid turpitudinis pars illa nobis obesse possit. Si humile erit genus faciemus attentos. Si turpe erit genus causæ: insinuatione utẽdũ est (de qua posterius dicemus) nisi quid nacti erimus quare aduersarios criminando beniuolentiam capere possimus. Si honestum causæ genus erit: licebit recte uti: uel nõ uti principio. Si uti principio uolemus: aut id oportebit ostendere: quare causa sit honesta: aut breuiter quibus de rebus sumus dicturi exponere. Si principio uti nolemus: a lege: uel a scriptura: aut ab alio firmissimo nostræ causæ adiumento principiũ capere oportebit.

DE DOCILITATE ET ATTENTIONE. Ti. octauus.

q Voniam igitur docilem: beniuolum & attentũ habere auditorem uolumus quomodo quæq; eorum confici possit aperiemus. Dociles auditores habere poterimus: si summã causæ breuiter exponemus: & si attentos eos faciemus. Nã docilis est ille q attente uult audire. Attentos habebimus si pollicebimur nos de rebus magnis: nouis inusitatis uerba facturos: aut de his rebus que ad rem pu. pertineant aut ad eos ipsos qui audient: aut ad deorum immortaliũ religionem: aut ad pietatem nos esse dicturos. Et si rogabimus: ut attente audiant: & si numero exponemus res de qbus dicturi sumus.

DE BENIVOLENTIA A NOSTRA PERSONA. Ti. nonus.

b Eniuolos auditores facere quattuor modis possumus: a nostra: ab aduersariorũ: ab auditorũ persona: & a rebus ipsis. A nostra persona beniuolentiam contrahemus: si nostrum officium sine arrogantia laudabimus: aut in rẽpublicam quales fuerimus: aut in parẽtes: aut in amicos: aut in eos ipsos: q audiunt aliquid referemus: dũmodo hæc omnia ad eã ipsam rem: de qua agitur sint accommodata. Item si nostra incõmoda proferemus: inopiã: solitudinem: calamitatem. Et si rogabimus: ut nobis sint auxilio: & si simul ostẽdemus in alijs nos spem habere noluisse.

DE BENIVOLENTIA AB ADVERSARIORVM PERSONA. Ti. x.

a B aduersariorum persona beniuolẽtiã captabitur: si eos in odium: in inuidiam: in contemptionem adducemus. In odium rapiemus si quid eorum spurce: superbe: perfidiose: crudeliter: confidenter: maliciose: flagitiose factum proferemus. In inuidiam trahemus: si uim: potentiam: factionem: diuitias: incontinentiam: nobilitatem: clientelas: hospitium: sodalitatem: affinitates aduersariorum referemus: & his adiumentis magis q̃ ueritati eos confidere aperiemus. In contemptionem adducemus si inertiam: ignauiam: desidiam: luxuriam aduersario

rum proferemus.

DE BENIVOLENTIA AB AVDITORVM PERSONA.Ti.xi.

a B auditorum persona beniuolentia colligetur: si res eorum fortiter:sapienter mansuete:magnifice iudicatas proferemus:& si quae de his existimatio:& quae iudicij expectatio sit aperiemus.

DE BENIVOLENTIA A REBVS IPSIS.Ti. xij.

a Rebus ipsis beniuolum auditorem efficiemus:si nostrā causam laudādo extollemus: & aduersariorum per contemptionem deprimemus.Deinceps de insinuatione aperiendum est.

DE TRIBVS TEMPORIBVS QVIBVS INSINVATIONE VTENDVM EST.Ti xiij.

t Ria sunt tempora quae diligenter sunt consideranda:in quibus principio uti non possumus. Aut cum turpem causam habemus hoc est:cū ipsa res aim auditoris a nobis alienat. Aut cum animus auditoris persuasus uidetur esse ab his:q ante contradixerunt.Aut cum defessus est ees audiendo:qui ante dixerunt.Si causa turpitudinem habebit exordiri poterimus his rationibus:hominem non rem: rem non hominem expectari oportere:non placere nobis ipsis quae facta dicantur ab aduersarijs:& esse in

digna:aut nefaria. Deinde cum rem diu auxerimus:nihil simile a nobis factum esse ostendemus:aut aliquorum iudicium de simili causa:aut de eadem:aut de minori:aut de maiori proferemus. Deinde ad nostrã causam pedetentim accedemus & similitudinem conferemus. Item si negabimus nos de aduersarijs:aut de aliqua re eorum dicturos & tamen occulte dicemus interiectione uerborum.

DE INSINVATIONE SI PERSVASVS SIT AVDITOR. Ti. xiiij.

S I persuasus auditor fuerit .i. si oratio aduersariorũ auditoribus fidẽ fecerit:neq; enim non facile scire poterimus: quomã non sumus nescij quibus rebus fides fieri soleat. Ergo si fidẽ factam putabimus his nos rebus insinuabimus ad causam. De eo quod aduersarij firmissimum sibi adiumẽtũ putauerit primũ nos dicturos pollicebimur:aut ab aduersarij dicto exordiemur: & ab eo maxime quod ille nuperrime dixerit:aut dubitatione utemur quid potissimũ dicamus aut cui loco primũ respondeamus cum admiratione.

DE INSINVATIONE SI DEFESSVS EST IVDEX QVI ANTE DIXERVNT AVDIENDO. Ti. decimusquintus.

S I deffessi erunt audiendo:ab aliqua re que risum mouere possit exordiemur:ut ab apologo: a fabula:uerisimili imitatione :depra

uatione: inuersione: ambiguo: suspitione: irrisione: stultitia: exuperatione: collatione: abiectione: litterarum mutatione preterea expectatione similitudine nouitate: historia: uersu: aut ab alicuius interpellatiōe aut arrisione. Si promiserimus aliter ac parati fuerimus nos esse dicturos: nos non eodem modo ut cæteri solicant uerba facturos quid alij soleant: quid nos facturi sumus breuiter exponemus.

DE DIFFERENTIA INTER PRINCIPIVM ET INSINVATIONEM. Ti. decimussextus.

i Nter insinuationem & principium hoc interest: quia principium eiusmodi debet esse ut statim apertis rationibus quibus prescripsimus: aut beniuolum: aut attentū: aut docilem faciamus auditorem. At insinuatio eiusmodi debet esse: ut occulte per dissimulationem eadem omnia cōficiamus ut ad eandē cōmoditatem in dicendi opere uenire possimus. Verum hæ tres utilitates tametsi in tota oratione sunt cōparandæ: hoc est ut auditores sese perpetuo nobis attentos dociles beniuolos prebeant: tamen hoc per exordium causæ maxime comparandum est.

DE PRINCIPIO EXORDIENDAE CAVSAE. Ti. decimusseptimus.

n Vnc nequādo uitioso exordio utamur quæ uitia uitāda sunt docebo. In exordiēda causa seruandū est: ut lenis sit sermo ut usitata uerborū cōsuetudo: ut non apparata uideatur esse oratio.

DE VITIOSO EXORDIO. Ti. decimusoctauus.

u Itiosum exordium est quod in plures causas potest accōmodari: quod uulgare dicitur. Item uitiosum est quo nihilominus aduersarius potest uti quod cōe appellatur. Item illud quo aduersarius ex contrario poterit uti. Item uitiosum est: quod nimiū apparatis uerbis cōpositū est: aut nimium longum est: & quod non ex ipsa causa natū uidetur quod separatum uocatur: in quo etiam translatum concluditur ut proprie cohæreat cum narratione: & quod neq; beniuolum: neq; docilem: neq; attentū facit auditorem. De exordio satis dictū est. Deinceps ad narrationem transeamus.

DE TRIBVS NARRATIONVM GENERIBVS. Ti decimusnonus.

n Arrationum genera tria sunt: unū est cum exponimus rem gestā: & unūquodq; trahimus ad utilitatem nostram uincendi causa: quod pertinet ad eas causas: de quibus iudicium futurum est. Alterū genus narrationis est quod intercurrit nonnunquā: aut fidei: aut criminationis: aut transitionis: aut alicuius apparationis: uel laudationis causa. Tertium genus est id quod a causa ciuili remotum est: in quo tamen exerceri conuenit quo cōmodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo genera sunt: unū quod in negocijs: alterum quod in personis positū est. Id quod in negocio

rum expositione positum est:tres habet partes:fabulã: historiam:argumentũ.Fabula est quæ neq; ueras neq; uersimiles continet res : ut hæ quæ tragœdijs traditæ sunt.Historia est res gesta sed ab ætatis nostræ memoria remota.Argumentũ est ficta res quæ tamen fieri potuit:uelut argumenta comœdiarum. Illud genus narrationis quod in personis positũ est : debet habere sermonis festiuitatem:animorũ dissimilitudinem:grauitatẽ : leuitatem:spem:metũ: suspitionem:desideriũ: dissimulationem:misericordiã:rerum uarietates:fortunæ cõmutationem : insperatum incõmodũ:subitã lætitiã:iucundum exitũ rerũ. Verum hæc in exercẽdo trãsigentur. Illud uero quod ad ueritatem pertinet quomodo tractari conueniat aperiemus. Tres res conuenit habere narrationem:ut breuis:ut dilucida:ut uerisimilis sit:quæ quoniã fieri oportere scimus : quemadmodum faciamus cognoscendum est.

DE BREVI NARRATIONE.Ti.xx.

r Em breuiter narrare poterimus:si inde incipiemus narrare:unde necesse erit. Et si non ab ultimo initio repetere uolemus.Et si summatim nõ particulatim narrabimus. Et si nõ ad extremũ: sed usq; eo quo opus erit persequemur. Et si trãsitionibus nullis utemur. Et si non deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere.Et si exitus rerum ita ponemus:ut ante quoq; quæ facta sint sciri possint tametsi nos reticuerimus. Quod genus est si dicam me ex prouincia redisse.profectũ quoq; in prouinciã intel

ligatur. Et omnino nõ modo id quod obest: sed etiã id quod neq; obest neq; adiuuat: satius ẽ preterire. Et ne bis: aut sæpius idem dicamus. Cauendũ est etiã ne id quod semel supra diximus deinceps dicamus: hoc modo Athenis megarã uesperi aduenit simo: ubi aduenit megarã isidias fecit uirgini: insidias postq̃ fecit uim in loco attulit.

DE DILVCIDA NARRATIONE. Ti. xxi.

r Em dilucide narrabimus si ut quiq; primũ gestum erit: ita primum exponemus. Et rerum: ac temporum ordinem conseruabimus ut gestæ res erunt: aut potuisse geri uidebuntur. Hic erit considerandũ ne quid perturbate: ne quid contorte: ne quid ambigue: ne quid noue dicamus: nequam in aliã rem transeamus: nec ab ultimo repetamus: ne longe persequamur: ne quid quod ad rem pertineat prætereamus: & si persequemur ea quæ de breuitate præcepta sunt. Nam quo breuior: eo dilucidior: & cognitu facilior narratio fiet.

DE VERISIMILI NARRATIONE. Ti. xxij.

u Erisimilis narratio erit: si ut mos ut opinio ut natura postulat dicemus: si spacia tẽporum: personarum dignitates: consiliorũ: rationes: locorum oportunitates constabunt: ne refelli possit aut temporis parum fuisse: aut causam nullam: aut locum idoneũ non fuisse: aut homines ipsos facere aut pati non potuisse. Si uera res erit: nihilomi

nus hæc omnia narrando cōseruanda sunt. Nam sæpe ueritas nisi hæc seruata sint fidem facere non potest. Sin erit ficta eo magis conseruanda erunt. De his rebus caute confligendū est: quibus in rebus tabulæ aut alicuius firma auctoritas uidebitur īterfuisse. Adhuc quæ dicta sunt arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus: nisi quia de insinuationibus noua excogitauimus: ꝙ eam nos soli præter cæteros in tria tēpora diuisimus: ut plane certam uiam: & perspicuam rationem exordiorum haberemus. Nunc quod reliquū est: quoniam de rerum inuentione disputandum est: in qua singulare cōsumitur oratoris officiū dabimus operam: ut nihilominus industriæ ꝙ̄ rei utilitas postulabit quæsisse uideamur: si prius pauca de causarū diuisione dixerimus.

DE DIVISIONE CAVSARVM. Ti. xxiij.

c Ausarum diuisio in duas partes distributa est: primū perorata narratione debemus aperire quid nobis conueniat cum aduersarijs: quid in cōtrouersijs relinquatur: si ea que nobis utilia erunt conuenient hoc modo. Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersarijs: iure fecerit & licuerit ne facere id est in controuersia. Item e contrario Agamemnonem esse a Clytēnæstra occisum cōfitentur: cum id ita sit: me ulcisci parentē negant oportuisse. Deinde cū hoc fecerimus: distributione uti debemus. Ea diuiditur in duas partes: enumerationem: & expositionē. Enumeratione utemur: cum dicemus nu

mero: quod de rebus dicturi sumus: eam plus q̄ trium partium numero contineri non oportet: nam & periculosum est: nequando plus minusue dicamus: & suspitionē affert auditori meditationis & artificij: quae res fidem abrogat oratori. Expositio est cum res quibus de rebus dicturi sumus breuiter exponimus. Nūc ad confirmationem transeamus.

DE CONFIRMATIONE ET CONFVTATIONE. Ti. xxiiij.

t Ota spes uincendi ratioq; persuadendi posita est in cōfirmatione & cōfutatione. Nā cum adiumenta nostra exposuerimus: contrariaq; dissoluerimus absolute nimirum munus oratorium confecerimus. Vtrūq; igitur facere poterimus: si constitutionem causae cognouerimus. Causarū constitutiones alij quattuor fecerunt: noster doctor Hermestes tres putauit esse: non ut de illorum quicq̄ detraheret inuentione: sed ut ostēderet id quod oportuisset simpliciter & singulari modo docere: illos distribuisse dupliciter & bipertito.

DE CONSTITVTIONE. Ti. uigesimusquintus.

c Onstitutio est prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione cōiuncta. Cōstitutiones itaq;: ut ante diximus: tres sunt coniecturalis: legitima: iuridicialis. Coniecturalis est cum de facto controuersia est hoc modo. Aiax in silua

postq̃ resciuit: quæ fecisset per insaniam gladio incu buit. Vlysses interuenit: occisum conspicatur: corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit ubi occisum fratrem & inimicum fratris cũ gladio cruentato ui det: capitis accersit. Hic quoniã coniectura uerum quæ ritur: de facto erit controuersia: & ex eo cõstitutio cau sæ coniecturalis nominatur.

DE LEGITIMA CONSTITV TIONE. Tri.uigesimussextus.

Legitima cõstitutio est cum ex scripto: aut ex scriptis aliquid controuersiæ nascitur. Et diuiditur in partes sex: scriptum & senten tiam: contrarias leges: ambiguũ: diffinitionem: trans lationem: ratiocinationem. Ex scripto & sententia na scitur controuersia: cum uidetur scriptoris uoluntas cũ scripto ipso dissentire hoc modo. Si lex sit quæ iubeat eos: qui propter tempestatem nauim reliquerunt om nia perdere: eorum nauim cæteraq; esse: si nauis cõser uata sit: qui remanserint in naui: magnitudine tempe statis omnes perterriti nauim reliquerunt: et in scaphã conscẽderunt præter unum ægrotum. Is propter mor bum exire et fugere non potuit. Casu et fortuitu na uis in portum incolumis delata est. Illã ægrotus pos sidet. Nauim petit ille: cuius fuerat: hæc constitutio le gitima est ex scripto et sententia. Ex cõtrarijs legibus cõtrouersia cõstat: cũ alia lex iubet aut permittit: alia uetat quippiam fieri: hoc modo: lex uetat eũ qui de pe cunijs repetundis damnatus sit in concione orationem

habere: altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat de cõcione nominare. Augur quidam damnatus in pecunijs repetundis in demortui lcũ qui petat nominauit: petitur ab eo multa. Constitutio hæc est legitima ex contrarijs legibus. Ex ambiguo coutrouersia nascitur cum res in unam sententiam scripta: duas aut plures sententias significat: hoc modo. Paterfamilias cum filium hæredem testamento faceret uasa argentea uxori legauit. Tullius hæres meus Terentiæ uxori meæ triginta pondo uasorum argenteorum dato quæ uolet: post mortem eius uasa preciosa et cælata magnifice illa petit: Tullius se quæ ipse uolet. i. xxx. põdo ei debere dicit. Constitutio legitima ex ãbiguo. Ex diffinitione constat causa cum in controuersia est quo nomine factum appelletur: ea est huiusmodi. Cũ lucius Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset. Quintus Cœpio: qui per id temporis quæstor urbanus erat: docuit senatum ærarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decreuit: si eam legem ad populum ferat aduersus rẽpublicam uideri eum facere. Saturninus ferre cœpit collegæ intercedere: ille nihilominus cistellam detulit. Cœpio ut illum contra senatusconltum intercedentibus collegis aduersus rempublicam uidit ferre: cum uiris bonis impetum facit: pontes disturbat: cistas deijcit: impedimento est quo secius feratur lex. Accersitur Cœpio maiestatis. Constitutio est legitima ex diffinitione. Vocabulum enim diffinitur ipsum: cum quæritur quid sit minuere maiestatem. Ex translatione controuersia nascitur: cum aut tempus differendum: aut

accusatorem mutandum:aut iudices mutandos reus di cit. Hac parte constitutionis græci in iudicijs nos in iure ciuili plærunq; utimur. In hac parte nos iuris ciuilis scientia iuuabit:in iudicijs tamē non nihil utimur: ut hoc modo. Si quis peculatus accusatur:q̄ uasa argētea publica de loco priuato dicatur sustulisse:possit dicere cum diffinitione sit usus quid sit furtum:quid peculatus: secum furti agi non peculatus oportere: hæc portio legitimæ constitutionis his de causis raro uenit in iudicium:q̄ in priuata actione prætoriæ sunt exceptiones: et a causa cadit:is qui et non quemadmodum oportet egerit: et in publicis quæstionibus cauetur legibus ut ante si reo commodum sit: iudicium de accusatore fiat utrum illi liceat accusare: necne. Ex ratiocinatione controuersia constat:cum res sine propria lege uenit in iudicium quæ tamen ab alijs legibus similitudinem quādam aucupatur. Ea est huiusmodi lex. Si furiosus existet:agnatorum gentiliumq; in eo pecuniaq; eius potestas esto.et lex est.qui parentem necasse iudicatus erit: ut is obuolutus et obligatus corio deuehatur in fluentum. Et lex.paterfamilias uti super familia pecuniaue sua legauerit:ita ius esto.et lex. Si paterfamilias intestatus moritur familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; esto Mallcolus indicatus est matrem necasse: eo dānato statim folliculo lupino os obuolutum est:et soleæ ligneæ pedibus inductæ sunt: in carcerem inductus est: qui defendebāt eum tabulas in carcerem afferunt:testamentum ipso præsente conscribunt:testes recte affuerunt: de illo supplicium sumitur. Hi qui hæredes erant testamento hæreditatem

adeunt. Frater minor malleoli qui cum oppugna-
uerat in eius periculo suam uocat hereditatem lege
agnationis: hic certa lex in re nulla affertur: & tamē
multæ afferuntur ex q̄bus rōcinatio nascitur quare po
tuerit: aut non potuerit iure testamentum facere. Con-
stitutio legitima ex ratiocinatione. Cuiusmodi partes
essent legitimæ constitutionis ostendimus: nunc de iu
ridiciali constitutione dicamus.

DE IVRIDICIALI CONSTITV TIONE. Ti. xxvij.

Vridicialis constitutio est cum factum con-
uenit: sed iure: an iniuria factum sit: quæri
tur. Eius cōstitutionis partes due sunt: qua-
rum una absoluta: altera assumptiua nominatur. Ab-
soluta est: cum idipsum quod factum est: ut aliud ni-
hil foris assumatur recte factū esse dicemus ea ē hmōi.
Minus q̄dā noīatim Actiū poetā cōpellauit in cœna-
culo cū eo Actius iniuriarū agit: hic nihil aliud defen
dit: nisi licere eū noīare cuius noīe scripta dentur agē
da. Assumptiua pars est: cū per se defensio īfirma est:
sed assumpta ex cōtraria re cōprobatur. Assumptiuæ
partes sunt quattuor: concessio: remotio criminis: trāſ-
latio criminis: comparatio. Concessio est cum reus po-
stulat sibi ignosci. Ea diuiditur in purgationē et de-
præcationem. Purgatio est: cum consulto negat se reus
fecisse. Ea diuiditur in fortunam. Imprudentiam: ne-
cessitatem. Fortunā: ut Cœpio apud tribunum plebis
de amissione exercitus. Imprudentiā: ut ille qui de eo

seruo qui dominũ occiderat suppliciũ sumpsit: cui frater esset: ãteq̃ tabulas testamẽti aperuerit: cũ is seruus testamẽto manumissus esset. Necessitudinẽ: ut ille qui ad diẽ cõmeatus nõ uenit: q̄ cum eque intercludissent. Deprecatio est cũ & peccasse & consulto reus fecisse confitetur: & tamẽ postulat ut sui misereatur. Hec in iudiciũ nõ potest fere usuuenire: nisi quãdo pro eo dicimus: cuius multa recte facta esse cõstat. Hoc modo in loco cõmuni per amplificationẽ iniiciemus: q̄ si hoc fecisset: tamẽ ei pro pristinis beneficiis ignosci conueniret: uerum nihil postulat ignosci: ergo in iudicium non uenit: sed aut in senatũ: aut ante imperatorem & in conciliũ talis causa potest uenire. Ex trãslatione criminis causa cõstat: cũ fecisse nos nõ negamus: sed alioꝝ rũ peccatis coactos fecisse dicimus: ut Orestes cũ se defendit in matrẽ confert crimẽ. Ex remotione criminis causa cõstat: cũ a nobis nõ crimẽ: sed culpã ipsam amouemus: & in hoĩem transferimus: uel in rẽ quãpiam cõferimus. In hoĩem transfertur: ut si accusetur is qui Publiũ Sulpitiũ se fatetur occidisse: et id iussu cõsulũ defendat & eos dicat nõ modo iperasse: sed rationẽ quoq; ostendisse: quare id facere liceret. In rẽ cõfertur: ut si quis ex testamẽto quod facere iussus sit ex plebiscito uetetur. Ex cõparatione causa constat: cũ dicimus necesse fuisse alterutrũ facere: & id quod fecerimus satius fuisse facere. Ea est huiusmodi Caius põpilius cũ a gallis obsideretur: neq; effugere ullo modo posset: uenit cum hostium ducibus in collocutionẽ: ita discessit ut impedimenta relinqueret: exercitum educeret: satius esse dixit amittere impedimenta q̃ exercitũ: exer-

citum eduxit: impedimenta reliquit: accersitur maiestatis. Quæ constitutiones et quæ constitutionum partes sint: satis uideor ostendisse. Nunc quomodo eas et qua uia tractari conueniat demōstrandum est si prius aperuerimus: quid oporteat ab ambobus in causa destinari: quo ratio omnis totius orationis conferatur.

DE RATIONE ET EIVS VSV. Ti. ulti.

c Onstitutione igitur reperta statim quærenda ratio est. Ratio est quæ causam facit & continet defensionem hoc modo (ut docendi causa in hac potissimum consistamus) Orestes cum fatetur se occidisse matrem nisi attulerit facti rationē peruertit defensionem: ergo affert eam quæ nisi intercederet: nec causa quidem esset. Illa enim (inquit) patrem meum occiderat. Ergo ut ostendi ratio ea est quæ continet defensionem sine qua nec parua quidem dubitatio potest remorari damnationem. Inuenta ratione firmamentum quærendum est: id est quod accusationē continet et quod affertur contra rationem defensionis: de qua ante dictum est: id constituetur hoc modo. Cum usus fuerit Orestes ratione: hoc pacto: iure occidi. Illa enim patrem meum occiderat: utetur firmamento accusator hoc modo. Sed non abs te occidi: neq; indemnatam pœnas pendere oportuit. Ex ratione defensionis et ex firmamēto accusationis iudicij quæstio nascatur oportet: quam nos iudicationem: græci crinomenon appellant. Ea constituetur ex coniunctione firmamenti: et rationis defensione hoc modo. Cum dicat Orestes se

patris ulciscendi causa matrem occidisse: rectum ne fuerit a filio sine iudicio Clytennæstram occidi. Ergo hac ratione iudicationem reperire conuenit. Reperta iudicatione omnem rationem totius orationis eo conferri oportebit. In omnibus constitutionibus: et partibus constitutionum hac uia iudicationes reperientur: præterq̃ in coniecturali constitutione. Nam in ea nec ratio quare fecerit quæritur: fecisse enim negatur: neq; firmamētū exq̃ritur: quoniā nō subest ratio: quare ex intētiōe et ex inficiatione iudicatio constituitur hoc modo. Intētio. Occidisti Aiacē. inficiatio. Nō occidi. Iudicatio occiderit ne. Ratio omnis utriusq; orationis: ut ante dictum est: ad hanc iudicationem cōferēda est. Si plures erunt constitutiones: aut partes constitutionum: iudicationes quoq; plures erunt in una causa: sed et omnes simili ratione reperientur. Sedulo dedimus operam: ut breuiter et dilucide: quibus de rebus dicendum fuit diceremus. Nunc quoniā huius uoluminis magnitudo satis creuit: commodius est in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere: ne quapropter multitudinem litterarum: possit animum tuum defatigatio retardare. Sed si quo tardius hæc q̃ studeas absoluentur: cum rerum magnitudini: tum nostris quoq; occupationibus assignare debebis. Veruntamen maturabimus: et quod de negocio diminutum fuerit exæquabimus industria ut pro tuo in nos officio: et nostro in te studio munus hoc accumulatissime tuæ largiamur uoluntati.

M. TVLLII CICERONIS RHETORICORVM AD.C.HERENNIVM. Liber.II.

i N PRIMO LIBRO HERENni.breuiter exposuimus quas causas recipere oratorem oporteret. Et in qbus officijs artis elaborare conueniret. Et ea officia qua ratione facillime cõsequi posset. Verum quia neq; de omnibus rebus simul dici poterat: & de maximis rebus primum dicendum fuit: quo cætera tibi faciliora cognitu uiderentur ita nobis placitum est: ut ea quæ difficillima essent potissimum scriberemus.

DICTORVM ET DICENDORVM ENVMERATIO. Titu.primus.

c Ausarum tria sunt genera. Demõstratiuũ: deliberatiuum: iudiciale: modo difficillimum est iudiciale: ergo id primum absoluemus: hoc et in priore libro egimus cũ de oratoris officijs quinq; tractaremus: quorum inuẽtio et prima et difficillima est. Ea quoq; nobis erit in hoc libro propemodum absoluta: sed paruã partem eius in tertium uolumen transferemus. De sex partibus orationis primũ scribere incipiemus. In primo libro locuti sumus de exordio: narratione: diuisione: nec pluribus uerbis q̃ necesse fuit: nec minus dilucide q̃ te uelle existimabamus. Deinde coniunctim de confirmatione: et confutatione dicendũ fuit: quare genera constitutionũ et earũ partes aperuimus: ex quo simul ostendebatur quomodo constitutionẽ et partes constitutionis in causa posita reperiri oporteret. Deinde docuimus iudicationem quẽadmodũ quæri conueniret: qua inuenta curandum

est: ut omnis ratio totius orationis ad eandē conferatur. Postea admonuimus causas esse cōplures: in qbus plures constitutiones ac partes constitutionū accōmodarentur. Reliquum uidebatur esse ut ostenderemus quae ratio posset inuentiones ad unāquāq; constitutionē aut partē constitutionis accōmodare. Item quas argumentationes (quas Graeci epichiremata appellant) sequi: quas uitari oporteret: quorum utrūq; pertinet ad confirmationē. Deinde ad extremū docebimus cuiusmodi conclusionibus oratorem uti oporteat qui locus erat extremus de sex partibus orationis. Primum ergo quaeremus: quēadmodū quāq; causam tractari: conueniat: & nimirum coniecturalē quae prima: quaeq; difficillima est potissimū consideremus.

DE CONIECTVRALI. Ti. secundus.

iN causa cōiecturali narratio accusatoris suspitiões itericctas et dispersas habere debet: ut nihil actum: nihil dictū: nusq; uentū: aut abitum: nihil deniq; factū sine causa putetur. Defensoris narratio simplicē et dilucidā expositionē debet habere cum attenuatione suspitionis. Huius constitutionis ratio in sex partes est distributa: probabile: collationem: signum: argumentū: consecutionē: approbationē. Horum unūquodq; quid ualeat aperiemus.

DE PROBABILI ARGVMENTATIONE. Ti. iii.

pRobabile est per quod probat reo expedisse peccare: et a simili turpitudine hominē nunq; abfuisse. Id diuiditur in causam:

et in uitam. Causa est ea quae inducit ad maleficium commodorum spe: aut incommodorum euitatione. Ita cum quaeritur nunquid commodum maleficio appetierit: num honorem: num pecuniam: num dominationē: num aliquam cupiditatem amoris aut huiusmodi libidinis uoluerit explere. Aut nunquid incommodum uitarit: inimicitias: infamiam: dolorem: supplicium. Hic accusatur in spe commodi cupiditatem ostendet aduersarij in euitatione incommodi fortitudinem augebit. Defensor autem negabit causam fuisse si potuerit: aut eam uehementer extenuabit. Deinde iniquum esse dicet omnes ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit in suspitionē maleficij deuocari. Deinde uita hominis: ex antefactis spectabitur In quo primum considerabit accusator: num ante quid simile fecerit. Si non id reperiet: quaeret. Num quando uenerit in similem suspitionem. Et in eo debebit esse occupatus: ut ad eā causam peccati quam pauloante exposuerit: uita hominis possit accommodari: Hoc modo: si dicet pecuniae causa fecisse: ostendet eum semper auarum fuisse: aut honoris ābitiosum: ita poterit animi uitium cum causa peccati cōglutinare. Si non poterit par animi uitium cum causa reperire: reperiat dispar. Si non poterit auarum demonstrare: demonstret corruptorem uel perfidum: si quoquo modo poterit. deniq; aliquo aut q̄ plurimis uitijs contaminabit personā: deinde qui fecerit illud tam nequiter: eundem hoc tam perperam fecisse non mirādum. Si uehementer castus et integer existimabitur: aduersarius dicet facta: non famā spectari oportere: illum ante occultasse sua flagitia: se planum facturum ab eo

maleficium non abesse. Defensor primum demonstrabit uitam integram si poterit: id si non poterit recurret ad imprudentiam: stultitiam: adolescentiam: uim persuasionem: quibus de rebus uituperatio eorum que extra id crimen erunt non debeat assignari. Si uehementer hominis turpitudine impedietur et infamia: prius dabit operam ut falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente: et utetur loco communi: rumoribus credi nõ oportere. Si nihil eorum fieri poterit utatur extrema defensione: et dicat non se de moribus apud censores: sed de criminibus aduersariorum apud iudices dicere.

DE COLLATIONE. Ti. quartus.

c Ollatio est cum accusator id quod aduersarium fecisse criminatur alij nemini nisi reo bonum fuisse demonstrat: aut alium neminẽ potuisse proficere nisi aduersarium: aut eum ipsum aliis rationibus facere non potuisse: aut non aeque commode potuisse: aut eum fugisse: alias rationes commodiores propter cupiditatem. In hoc loco defensor ut demõstret oportet: aut aliis quoq; bonum fuisse: aut alios quoq; id quod ipse insimuletur facere potuisse.

DE SIGNO. Ti. quintus.

s Ignum est per quod ostenditur idonea perficiendi facultas esse quaesita. Id diuiditur in partes sex. Locum: tempus: spatium: occasionem: spem perficiẽdi: spem caelandi. Locus quaeritur

celebris an desertus: semper desertus: an tunc cũ id factum sit: fuerit in eo loco solitudo. Sacer an prophanus: publicus: an priuatus fuerit: cuiusmodi loci attingant: nũ q est passus: perspectus et exauditus esse possit. Horum qd reo: qd accusatori conueniat perscribere non grauaremur: nisi facile quiuis causa posita posset iudicare. Initia enim inuẽtionis ab arte debent proficisci: cætera facile comprobabit exercitatio. Tempus ita quæritur: qua parte anni: qua hora: noctu an interdiu: qua die: quota noctis hora factum esse dicatur: & eiusmodi tẽporibus. Spatiũ ita considerabitur: satis ne longum fuerit ad eã rem transigendã: scierit ne satis ad id perficiendũ spatij futurum. Nã parui refert satis spatij fuisse ad id perficiendũ: si id ante sciri: et ratione prouideri nõ potuerit. Occasio quæritur idonea ne fuerit ad rem adoriendam: an alia melior: quæ aut præterita sit: aut non expectata. Spes perficiendi hæc quæ fuerit spectabitur hoc mõ si que supradicta sunt signa cõcurrerint: si præterea ex altera parte uires: pecunia: consilium: sciẽtia: apparatio uidebitur fuisse: ex altera parte imbecillitas: inopia: stultitia: imprudẽtia: inapparatio demonstrabitur fuisse: quare scire potuerit: utrum diffidendũ an confidendum fuerit. Spes celandi quæ fuerit: quæritur ex conscijs: arbitris: adiutoribus liberis: aut seruis: aut utrisq;.

DE ARGVMENTO. Ti. sextus.

a Rgumẽtum est per quod res eo arguitur certioribus argumentis & magis firma suspi

tione. Id diuiditur in tēpora tria præteritum: instans: consequēs. In præterito tēpore oportet considerare ubi fuerit: ubi uisus sit: quo cum uisus sit: nunquid appa-ruerit: nū quē conuenerit: num qd dixerit: num quem habuerit de cōsciis: de adiutoribus: de adiumētis: num quid in loco præter consuetudinē fuerit: aut alieno tē pore. In instanti tempore quæritur: num uisus sit cum faciebat: nūqd strepitus: clamor: crepitus exauditus sit: aut deniq; nū aliquo sensu perceptū sit: aspectu: auditu: tactu: odore: gustatu. Nā quis horū sensuū potest conflare suspitionē. In cōsequēti tēpore spectabitur, nūqd re trāsacta relictū sit quod indicet aut factū esse maleficium: aut a quo factū sit. Factū esse hoc modo. Si tumore aut liuore decoloratū est corpus mortui: significat eū ueneno necatū. A quo factū sit: hoc modo: si telū: si uestimētū si qd eiusmodi relictū sit: aut uestigiū repertum fuerit: si cruor in uestimentis: si in eo loco uisus aut compræhensus fuerit transacto negocio: quo in loco res gesta dicitur.

DE CONSECVTIONE. Ti. septimus.

Consecutio est: cum quæritur quæ signa nocentis et innocentis cōsequi soleant. Accusator dicet si poterit aduersariū cum ad eum uentum sit erubuisse: expalluisse: titubasse: incōstanter locutum esse: concidisse: pollicitum esse aliquid quæ signa conscientiæ sunt. Si reus nihil horum fecerit accusator dicet eum usq; adeo præmeditatū fuisse quid sibi esset usui futurum ut confidentissime resistens responderet: quæ signa sunt cōfidentiæ non innocentiæ.

Defensor si pertimuerit: magnitudine periculi nõ conscientia peccati se cõmotum esse dicet. Si nõ pertimuerit fretum innocentia negabit se esse commotum.

DE APPROBATIONE. Ti. octauus.

a Pprobatio est qua utimur ad extremum cõfirmata suspitione. Ea habet locos proprios atq; cõmunes. Proprii sunt hi quibus ubi nõ potest nisi accusator: et hi quibus nisi defensor uti nemo potest. Cõmunes sunt qui alia causa a reo: alia ab accusatore tractãtur. In causa coniecturali proprius locus accusatoris est cum dicit malorum miseri non oportere: et cum auget peccati atrocitatem. Defensoris proprius locus est: cum misericordiam captat: et cum accusatorẽ calumniari criminatur. Cõmunes loci sunt tum accusatoris tum defensoris: a testibus cõtra testes: a quæstionibus contra quæstiones: ab argumentis contra argumenta: et a rumoribus: contra rumores. A testibus dicemus ßm auctoritatem et uitam testium et constantiã testimoniorum. Contra testes uitæ turpitudinẽ: testimoniorum inconstantiam: si aut non fieri potuisse dicemus: aut non factum esse quod dicãt: aut scire illos non potuisse: aut cupide dicere: et argumentari hæc ad improbationẽ et probationẽ testium pertinebunt. A quæstionibus dicemus: cum demonstrabimus maiores nostros ueri inueniendi causa tormentis et cruciatu noluisse quæri: et summo dolore homines cogi: ut quicquid sciant: dicant. Et præterea confirmatior hæc erit disputatio si quæ dicta erunt argumentando iisdem uiis qui

bus omnis coniectura tractatur trahemus: ad uerisimilem suspitionē: idemq; hoc in testimonijs facere oportebit. Contra quæstiones hoc modo dicemus: primum maiores noluisse nisi certis in rebus interponi quæstiones: cum quæ uere dicerentur sciri: quæ falso in quæstione pronunciarētur refelli possent hoc modo. Quo in loco quid positum sit: et si quid esset simile quod uideri: aut aliquo signo simili percipi possit. Deinde dolori credi non oportere quod alius alio sit recentior in dolore: ꝙ ingeniosior ad cōminiscendum: ꝙ deniq; sæpe scire: aut suspicari possit. quid quæsitor uelit audire: quod cum dixerit intelligat sibi finem doloris futurum. Hæc disputatio comprobabitur: si refellimus quæ in quæstionibus dicta erunt probabili argumentatione: idq; partibus coniecturæ quas ante exposuimus facere oportebit. Ab argumentis & signis et cæteris locis quibus augetur suspitio dicere hoc modo cōuenit. Cum multa cōcurrant argumenta et signa quæ inter se consentiant rem perspicuam non suspitiosam uideri oportet. Item plus oportere signis & argumentis credi q̃ testibus: hæc enim eo modo exponi quomodo reuera sunt gesta: testes corrumpi posse: uel precio: uel gratia: uel metu: uel simultate. Contra argumenta: et signa: et cæteras suspitiones dicemus hoc modo: si demonstrabimus nullam rem esse: quam non suspitionibus quiuis possit criminari: deinde unāquāq; suspitionem extenuabimus: et dabimus operam: ut ostendamus nihilo magis in nos eam quam in alium quempiam conuenire: indignum facinus esse sine testibus coniecturam: & suspitionem firmamenti satis habere.

A rumoribus dicemus si negabimus temere famā nasci solere: qui subsit aliquid: et q̄ si dicemus causam nō fuisse: quare quispiam confingeret & cōminisceretur. Et præterea si cæteri falsi soleant esse argumentabimur hunc esse uerum. Cōtra rumores dicemus primū si docebimus: multos esse falsos rumores: & exemplis utemur: de quibus falsa fama fuerit: & aut inimicos nostros: aut homines natura maliuolos & maledicos confinxisse dicemus: & aliquam aut fictam fabulā in aduersarios afferemus quam dicemus omnibus in ore esse: aut uerum rumorē proferemus: qui illis aliquid turpitudinis afferat: neq; tamē ei rumori nos fidē habere dicemus: ideo ꝙ quis homo possit quēuis turpē de quolibet rumorē proferre: & confictam fabulam dissipare. Verūtamē si rumor uehementer probabilis esse uidebitur argumētando famæ fidem poterimus abrogare. Quod & difficillima tractatu est constitutio coniecturalis: & in ueris causis sepissime tractāda est: eo diligētius omnes eius partes perscrutati sumus: ut ne paruula quidem titubatione: aut offensione impediretur si ad hanc rationē præceptionis assiduitatē exercitationis accōmodaremus. Nunc ad legitimæ constitutionis partes transeamus.

DE SCRIPTO ET VOCE PRIMA PARTE CONSTITVTIONIS LEGITIMAE. Ti. ix.

c Vm uolūtas scriptoris cum scripto dissidere uidebitur si a scripto dicemus his locis utemur ꝑm narrationem: primum scri

ptoris collaudatiõe: deinde scripti recitatione utemur: deinde percunctatione: scirent ne aduersarij id scriptũ fuisse in lege: aut in testamento: aut in stipulatione: aut in quolibet alio scripto: quod ad rem pertineat. Deinde collatione quid scriptũ sit: quid aduersarij se fecisse dicãt: quid iudices sequi cõueniat: utrũ id quod diligẽter perscriptũ sit: an id quod acute sit excogitatũ. Deĩde ea sentẽtia: quae ab aduersarijs excogitata sit: & scripto attributa cõtẽnetur: et ĩfirmabitur. Deĩde quaeretur quid ei obfuerit: si id uoluisset prescribere: an nõ potuerit perscribi. Deinde a nobis sentẽtia reperietur: et causa proferetur: quare id scriptor scripserit quod scripsit: & demõstrabitur scriptum illud esse dilucide breuiter: commode: perfecte cum ratione. Deinde exẽpla proferẽtur: quae res cum ab aduersarijs sententia redderetur: & uoluntas afferretur: a scripto potius iudicate sint. Deinde ostẽdetur ꝙ periculosum sit a scripto recedere: locus cõmunis est contra eum qui cum fateatur se contra id quod legibus sancitum est: aut testamento perscriptum sit fecisse: tamen facti quaerat defensionem. A sententia sic dicemus. Primum laudabimus scriptoris commoditatem: atq; breuitatem: ꝙ tantum scripserit quod necesse fuerit: illud quod sine scripto intelligi potuerit: non necessario scribendum putarit. Deinde dicemus calumniatoris esse officium uerba: et litteras sequi: negligere uoluntatem. Deinde id quod scriptum sit: aut non posse fieri: aut non lege: aut non more: non natura: non bono & equo posse fieri: quae omnia scriptorem uoluisse ꝙ rectissime fieri nemo dubitet: et ea quae a nobis facta sunt

utilissime facta. Deinde contrariam dicemus sententiam aut nullam esse: aut stultã: aut iniustam: aut non posse fieri: aut non constare cum inferioribus & superioribus sententijs: aut cum iure cõmuni: aut cum alijs legibus cõmunibus: aut cum rebus iudicatis dissentire. Deinde exemplorum a uoluntate: et contra scriptum iudicatorum enumeratione. Deinde legum & stipulationum breuiter exceptatũ in quibus intelligitur scriptoris uoluntas & expositio. Locus communis contra eum qui scriptum recitet: et uoluntatem scriptoris non interpretetur.

DE CONTRARIIS LEGIBUS. Tī. x.

e Vm duæ leges discrepãt inter se uidendum est primum nũquid abrogatio: aut derogatio sit. Deinde utrum leges ita dissentiant: ut altera iubeat: altera uetet: an ita ut altera cogat: altera permittat. Infirma enim erit eius defensio qui negabit se fecisse quod cogeretur: cum altera lex se permitteret. plus enim ualet sanctio permissione. Itẽ illa defensio tenuis est cum ostẽditur id factum esse: quod ea lex sanciat: cui legi abrogatum uel derogatum sit: id quod posteriori lege sancitum sit esse neglectum. Cum hæc erunt considerata statim nostræ legis expositione: recitatione: collaudatione utemur. Deinde contrariæ legis enodabimus uoluntatem: et eam trahemus ad nostræ causæ cõmodum. Deinde a iuridiciali absoluta sumemus rationẽ iuris. Quæremus partẽ iuris: utrũ cũ ea faciat de qua parte posterius differemus.

DE AMBIGVO. Titu. xi.

S I ambiguũ esse scriptũ putabitur quod in duas aut ĩ plures sentẽtias trahi possit: hoc modo tractandum est. Primum sit ne ambiguum quærẽdum est. deinde quãdo scriptum est. Et si id quod aduersarij interpretãtur: scriptor fie i noluisset ostendendum est. Deinde id quod nos interpretamur: et fieri posse et honeste: et recte: more: lege: natura: bono: et æquo fieri posse: quod aduersarij interpretantur ecõtrario: nec esse ambigue scriptum: cum intelligatur utra sentẽtia uera sit. Sunt qui arbitrãtur ad hanc causam tractandã uehemẽter pertinere, cognitionem amphibologiarũ eã quæ a dialecticis profertur: nos aũt arbitramur nõ modo adiumẽto nõ esse: sed potius maximo impedimẽto. Oẽs enim illi dialectici amphibologias aucupantur eas etiã quæ parte ex altera sentẽtia nullã possunt interpretari. Itaq; et alieni sermonis molesti interpretatores: et scripti sui: tũ odiosi: tũ obscuri interpretes sunt: et dũ caute et expedite loq uolũt: infantissimi reperiũtur. Ita dũ metuũt ĩ dicẽdo ne qd ãbiguũ dicãt nomẽ suũ pronũciare nõ possunt. Verũ horũ pueriles opĩones rectissimis rõnibus cũ noles refellemus. Impresentiarũ hoc ĩterdicere nõ alienũ fuit: ut huius ĩfãtiæ garrulã disciplinã cõtẽneremus.

DE DEFINITIONE. Titu. xij.

C Vm definitiõe utemur primum afferemus breuem uocabuli definitionem hoc modo. Maiestatem is minuit qui ea tollit ex qbus

rebus ciuitatis amplitudo constat. Hæc sunt ea quæ capiunt suffragia populi & magistratus consiliũ. Nẽpe igitur tu & populũ suffragio & magistratũ consilio priuasti: cum pontes disturbasti. Item ex cõtrario. Maiestatẽ is minuit qui amplitudinẽ ciuitatis detrimento afficit. Ego nõ affeci: sed prohibui detrimenta: ærarium conseruaui: libidini malorũ restiti: maiestatẽ omnẽ interire nõ passus sum. Primũ igitur uocabuli sententia breuiter & ad utilitatẽ causæ accommodata describetur. Deinde factũ nostrũ cũ uerbi descriptione cõiũgetur et descriptionis rõne aptabitur. Deinde contrariæ descriptiõis rõ refelletur: si aut falsa erit: aut inutilis: aut turpis: aut iiuriosa. Id quoq; ex iuris partibus sumetur de iuridiciali absoluta de qua iã loquẽtur.

DE TRANSLATIONE. Ti. xiij.

q Væritur in translationibus primum num aliquis eius rei actionem: petitionẽ: aut executionem habeat quem non oporteat. Num alio modo: alio tempore: alio loco. Num alia lege. Nũ alio quærente: aut agente. Hæc legibus & moribus de æquo & bono reperiuntur. de quibus dicetur in iuridiciali absoluta.

DE RATIOCINATIONE. Ti. xiiij.

i N causa rationali primum quæretur quid in rebus maioribus: aut minoribus: aut similibus similiter scriptum aut iudicatum sit.

Deinde utrumue ea res similis sit ei rei de qua agitur:an dissimilis.Deinde utrum consulto ea de re scriptū non sit quod uoluerit cauere:ꝗ satis cautū putarit propter ceterorum scriptorum similitudinem. De partibus legitimæ constitutionis satis dictum est.Nunc ad iuridicialem reuertamur.

DE IVRIDICIALI ABSOLVTA. Ti.xv.

Bsoluta iuridiciali constitutione utemur cū ipsam rem quam nos fecisse confitemur:iure factā dicemus sine ulla assumptione externæ defensionis.In ea cōuenit quæri iure ne factum sit. De eo causa posita dicere poterimus: si ex quibus partibus ius constet cognouerimus. Constat igitur ex his partibus: natura: lege: consuetudine: iudicato: æquo & bono: pacto. Natura ius est: quod cognationis aut pietatis causa obseruatur: quo iure parentes:a liberis et a parentibus liberi coluntur. Lege ius est id quod populi iussu sancitū est:quod genus est:ut in ius eas cum uoceris.Consuetudine ius est id quod sine lege æque ac si legitimum sit usitatum est: quod genus est:id quod argentario obtuleris appēsum a socio eius recte repetere possis.Iudicatū est id de quo sententia lata est aut decretū interpositū ē.Ea sæpe diuersa sūt ut aliud alii iudici:aut prætori:aut consuli: aut tribuno plebis placitū sit: et fit ut de eadē re sæpe alius aliud decreuerit aut iudicauerit:quod genus.M.drusus:prætor urbanus ꝗ cū hærede mādati ageretur:iudiciū reddidit. Sextus iulius non reddidit. Item Caius cælius

iudex absoluit iniuriarum eum qui lucilium poetam in scena nominatim leserat Publius Mutius eum qui L. Acciū poetā nominauerat condemnauit. Ergo quia possunt res simili de causa dissimiliter iudicatæ proferri: cum id usu euenerit iudicem cum iudice: tempus cum tempore: numerum cum numero iudiciorum proferemus. Ex æquo et bono ius constat quod ad ueritatē & cōmunem utilitatem uidetur pertinere. Quod genus est: ut maior annis. lx. & cui morbus causa est cognitorem det. Ex eo nouum genus constitui conuenit ex tempore & ex hominis dignitate. Ex pacto ius est: si quid inter se pepigerunt: si quid inter aliquos conuenit. Pacta sunt: que legibus obseruāda sunt hoc modo: rem ubi pangunt: orationem pangunt: in comitio: aut in foro ante meridiem causam cōijcito. Sunt item pacta quæ sine legibus obseruātur ex cōuentu quæ iure prestare dicuntur. His igitur partibus iniuriā demonstrari ius confirmari conuenit: idq; in absoluta iuridiciali seruandum uidetur.

DE COMPARATIONE. Ti. xvi.

c Vm ex cōparatiōe: quæreretur utrū satius fuerit agere id quod reus dicat se fecisse: an id quod accusator dicat oportuisse fieri: primū quæri conuenit utrum fuerit utilius ex cōtentione: hoc est utrum uenustius facilius conducibilius. Deinde oportebit quæri ipsum ne oportuerit iudicare utrum fuerit utilius an aliorū fuerit utilius statuendi potestas. Deinde interponetur ab accusatore suspitio

ex coniecturali constitutione: quare putetur non ea ratione factum esse: quo melius deteriori anteponeretur: sed dolo malo negocium esse gestum de aliqua probabili cã. Deinde quæreretur: potuerit ne uitari ne in eũ locum ueniretur. Ab defensore contra refelletur argumentatio coniecturalis: de qua ante dictum est. His ita tractatis accusator utetur hoc loco cõmuni in eum qui inutile utili preposuerit: cum statuendi nõ haberet potestatem. Defensor contra eos qui equum censeant rem perniciosam utili preponi utetur communi per conquestionem: & simul quæret ab accusatoribus & ab iudicibus ipsis: quid facturi essent si in eo loco fuissent. Et tempus: locum: rem: deliberationem suam ponet ante oculos.

DE CRIMINIS TRANSLATIONE. Ti. xvii.

t Ranslatio criminis est: cum ab reo facti cã in aliorum peccatũ transfertur: in qua primum quærẽdum est: uere in alterũ crimen transferatur. Deinde spectandum est: an æque magnũ sit illud peccatũ: quod i aliũ trãsfertur: ac illud quod reus suscepisse fateatur. Deinde oportuerit ne in ea re peccare: in qua alius ante peccarit. Deinde oportuerit ne iudicium ante fieri. Deinde cum factum iudicium non sit de illo crimine quod in aliũ trãsferatur: oporteat ne de ea re iudiciũ fieri: quæ res in iudiciũ nondũ uenit. Locus cõis accusatoris contra eum qui plus censeat uim ꝙ̃ iudicia ualere oportere. Et ab aduersariis percũctabitur accusator quid futurum sit si idẽ cæteri faciãt: ut de indẽnatis supplicia sumãt ꝙ eos idem fe-

tisse dicat. Quid si ipse accusator idē facere uoluisset? Defensor eorum peccati atrocitatē proferet: in quos crimen transfert: rem: locū: tēpus: ante oculos ponet: ut hi qui audiunt existiment: aut nō potuisse: aut inutile fuisse rem in iudicium uenire.

DE CONCESSIONE. Ti. decimusoctauus.

c Oncessio est: per quā nobis ignosci postulamus. Ea diuiditur in purgationē et deprecationem. Purgatio est: cū consulto a nobis factum negamus. Ea diuiditur in necessitudinē: fortunā: imprudentiā. De his partibus primum ostendendum est. Deinde ad deprecationem reuertendum uidetur.

DE NECESSITVDINE. Ti. xix.

p Rimum cōsiderādum est. nū culpa uentum sit in necessitudinē. nū culpā uenīēdi necessitudo fecerit. Deinde quærendū est: quomodo uis illa uitari potuerit: ac leuari. Deinde is: qui in necessitudinē causam cōferret: expertus ne sit: qd cōtra facere: aut excogitare posset. Deinde nū quæ suspitiones ex cōiecturali cōstitutione trahi possint quæ significēt id consulto factū esse quod necessario accidisse dicitur. Deinde si maxima necessitudo quæpiam fuerit: conueniatne eam satis idoneam causam putari.

DE IMPRVDENTIA. Ti. xx.

s I autem imprudētia reus se peccasse dicet: primum quæretur utrū potuerit scire: an non po

fuerit: deinde utrum data sit opera: ut sciretur: an non: deinde utrum casu nescierit an culpa. Nam qui se propter uinum: aut amorē: aut iracundiā fugisse rationē dicet: is animi uitio uidebitur nescisse non imprudentia: quare nō imprudentia se defendet: sed culpa contaminabitur. Deinde cōiecturali constitutione quæretur utrū scierit an ignorauerit: et cōsiderabitur satis ne in imprudētia præsidij debeat esse: cum factū esse cōstet.

DE FORTVNA. Ti. xxi.

c Vm in fortunā causa conferetur: et ea re defensor ignosci dicet reo oportere: eadem oīa uidentur cōsiderāda: quæ de necessitudine præscripta sunt. Etenim oēs hæ tres partes purgatiōis inter se finitimæ sunt: ut in oēs eadē fere possint accōmodari. Loci cōmunes in his causis accusatoris contra eū q cū se peccasse confiteatur tamē oratione iudices cō moretur. Defensoris: humanitatē: misericordiā: uoluntatem: in oībus rebus spectari conuenire: & quæ consulto facta non sunt in eis fraudem esse non oportere.

DE DEPRECATIONE. Ti. xxij.

d Eprecatione utemur: cū fatebimur nos peccasse neq; id imprudenter: aut fortuitu: aut necessario fecisse dicemus: et tamen ignosci nobis postulabimus. Hic ignoscendi ratio quæritur ex his locis. Si plura: aut maiora officia q̄ maleficia uidebuntur constare: si qua uirtus: aut nobilitas erit in eo: qui supplicabit: si qua spes erit usui futura: si sine supplicio discesserit: si ille supplex: et māsuetus et miseri

tors in ptātibus ostendetur fuisse: si ea quæ peccauit: nō odio: nō crudelitate: sed officio et recto studio cōmotus fecit: si tali de causa: alijs quoq; ignotū sit: si nihil periculi nobis futurum uidebitur: si eum missum faciemus: si nulla a nostris ciuibus aut ab aliqua ciuitate ui tuperatio ex ea re suscipietur. Loci communes ab humanitate: fortuna: misericordia: rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario utetur is: qui contradicet cum amplificatione & enumeratione peccatorum. Hæc causa iudicalis fieri non potest: ut in primo libro ostendimus: sed ꝙ potest: uel ad senatum: uel ad consilium uenire non uisa est supersedenda.

DE REMOTIONE CRIMINIS. Ti. xxiij.

c Vm a nobis crimen remouere uolemus: aut in rem: aut in hominem: nostri peccati causam conferemus. Si causa in hominem conferetur: quærendum erit primum potuerit ne tantum quantum reus demonstrabit: is in quem causa conferetur: et quonā modo: aut honeste: aut sine periculo potuerit obsistere. Si maxime ita sit: num ea re cōcedi reo conueniat: ꝙ alieno inductu fecerit. Deinde in conie cturalem trahetur controuersiam: & differetur num consulto factum sit. Si causa in rem quandam conferetur: & hæc eadem fere: et omnia quæ de necessitudine præcepimus consideranda erunt.

DE ARGVMENTATIONIBVS. Ti. xxiiij.

q Voniam satis ostendisse uidemur: quibus argumētationibus in unoquoq; genere cau

sæ iudicialis uti conueniret: consequens uidetur:ut doceamus quemadmodum ipsas argumētationes ornate et absolute ornare possimus. Nam fere non difficile est inuenire quid sit causæ adiumēto: difficillimum uero est inuentum expolire: et expedite pronunciare. Hæc enim res facit: ut neq; diutius: q̄ satis sit in iisdem locis commoremur: neq; eodem identidem reuoluamur: neq; inchoatam argumentationem relinquamus: neq; incommode ad aliam deinceps transeamus. Itaq; hac ratione: & ipsi meminisse poterimus quid quoq; loco dixerimus: et auditor cum totius causæ: tum uniuscuiusq; argumentationis distributionem percipere et meminisse poterit. Ergo absolutissima ac perfectissima argumētatio: est ea quæ in quinq; partes est distributa: propositionē: rationem: rationis cōfirmationem: exornationem: complexionem. Propositio est per quā ostendimus summatim q̄d sit quod probare uolumus. Ratio est causa quæ demonstrat id uerum esse quod intendimus breui subiectione. Rationis confirmatio est ea: quæ pluribus argumentis corroborat breuiter expositam rationem. Exornatio est: qua utimur rei honestandæ: aut locupletandæ causa: confirmata argumentatione. Complexio: quæ cōcludit breuiter colligens partes argumentationis. Hisce igitur quinq; partibus: ut absolutissime utamur hoc modo tractabimus argumētationem. Causam ostendemus Vlyssi fuisse quare interfecerit Aiacem: inimicum enim acerrimum de medio tollere uolebat: a quo sibi non iniuria summum periculum metuebat. Videbat illo incolumi: se incolumē non futurum: sperabat illius morte salutem sibi com

parare. Consueuerat. si iure nō poterat iniuria quauis inimico exitum machinari: cui rei mors indigna palamedis testimonium dat. Ergo et metus periculi hortabatur eum interimere a quo supplicium uerebatur: & consuetudo peccandi maleficij suscipiendi remouebat dubitationem. Omnes enim cum minima de causa peccata suscipiunt: tum uero illa: que multo maxima sunt maleficia aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur. Si multos induxit in peccatū pecuniæ spēs: si complures scelere se contaminauerunt imperij cupiditate: si multi leue compendium fraude maxima commutauerunt: cui mirū uidebitur: istum a maleficio propter acerrimam formidinem non se temperasse? Virū fortissimum: integerrimum: inimicitiarum persequentissimum: iniuria lacessitum: ira exuscitatum: homo timidus: nocens: conscius sui peccati: insidiosus inimicū incolumem esse noluit. Cui tandem hoc mirum uidebitur. Nam cum feras bestias uidemus alacres et erectas uadere: ut alteri bestiæ noceant: non incredibile est: putādum istius quoq; animum ferum: crudelem: atq; inhumanum cupide ad inimici perniciē profectum: præsertim cum in bestijs nullam: neq; bonam: neq; malā rationem esse uideamus: in isto plurimas & pessimas rationes semper fuisse intelligamus. Si ergo pollicitus summe daturum causam: qua inductus Vlysses ad maleficium accesserit: et si inimicitiarum acerrimam rationem et periculi metum intercessisse demonstraui: non est dubium quin cōfiteatur causam maleficij fuisse. Ergo absolutissima argumētatio ea est: quæ quinq; partibus constat: sed ea non semper est necesse uti: tum

enim complexione supersedẽdum est: si res breuis est: ut facile memoria cõpraehendatur: tum exornatio prae termittenda est: si parum locuples ad amplificãdum: et exornandum res uidetur esse. Sin et breuis erit argumentatio: et res tenuis: aut humilis: tum exornatione: et complexione supersedendum est: ideo in omni argumentatione de duabus partibus postremis haec quã exposui ratio est habenda. Ergo amplissima est argumẽtatio qnq; partita: breuissima est tripartita: mediocris sublata: aut exornatiõe aut cõplexione: quadripartita.

DE ARGVMENTATIONE VITIOSA. Ti.xxv.

Vo sunt genera uitiosarum argumentationum: unum quod ab aduersario repraehendi potest: idq; pertinet ad causam. Alterum quod tametsi nugatorium est: tamen non indiget repraehensione. Quae sint quae repraehensione confutare conueniat: quae caute contemni: atq; uitari sine repraehensione: si exempla subiecero: dilucide intelligere poteris. Haec cognitio uitiosarum argumentationum duplicem utilitatem afferet: nam & uitare in argumentatione uitium admonebit: & ab aliis non uitatum cõmode repraehendere docebit. Quoniam igitur ostendimus perfectam et plenam argumentationem ex quinq; partibus constare: in unaquaq; parte argumentationis: quae uitia uitanda sunt consideremus: ut et ipsi ab his uitiis recedere: ac aduersariorum argumentationes hac praeceptione in omnibus partibus tentare: et ab aliqua parte labefactare possimus.

DE VITIOSA EXPOSITIONE.Ti.xxvi.

e Xpositio uitiosa est:cũ ab aliqua:aut a ma-
iori parte ad omnes confertur id quod non
est necessario omnibus attributum: ut si qs
hoc modo exponat.Omnes qui in paupertate sunt:ma-
lunt maleficio parare diuitias ꝙ officio paupertatem
tueri.Si quis hoc modo exposuerit argumentationem:
ut non curet quærere qualis ratio: aut rationis confir-
matio sit:ipsam facile repræhendemus expositionem:
cum ostendemus id quod in aliquo paupere improbo
sit:in omnes pauperes falso et iniuria conferri.Item ui-
tiosa expositio est: cũ id quod raro fit:fieri oĩno nega-
tur hoc modo.Nemo põt uno aspectu neqꝫ præteriens
in amorem incidere.Nam cum non nemo deuenerit in
amorem uno aspectu & cum ille neminem dixerit om-
nino nihil differt raro id fieri dummodo aliquãdo fie-
ri aut posse fieri intelligatur.Item uitiosa expositio est
cum omnes res ostendemus nos collegisse: & aliquam
rem idoneam preterimus hoc modo Quoniã igitur ho-
minem occisum constat esse:necesse est:aut a prædoni-
bus:aut ab inimicis occisum esse: aut abs te: quem ille
hæredem testamento ex parte fecerat.prædones in illo
loco nunqꝫ sunt uisi:inimicum nullum habebat:relin-
quitur: si neqꝫ a prædonibus: neqꝫ ab inimicis occisus
est:quoniam alteri non erant: alteros non habebat: ut
abs te sit interemptus.Nam in huiusmodi expositione
repræhensione utemur: si quos præter eos quos ille di-
xerit potuisse suscipere maleficium ostendemus: uelut
in hoc exemplo:cum dixerit necesse esse: aut a prædo-

nibus:aut ab inimicis:aut a nobis occisum esse dicemus potuisse uel a familia uel a coheredibus nostris. Cum hoc modo ipsorum collectionem disturbauerimus: nobis latiorem locum defendẽdi relinquemus. Ergo hoc quoq; uitandum est in expositione nequãdo cum omnia collegisse uideamur aliquam idoneam partem relinquamus.

Alia uitiose expositionis genera.

Item uitiosa expositio est:que constat ex falsa enumeratione:si cũ plura sunt:pauciora dicamus hoc modo. Due res sunt iudices:que homines ad maleficium compellunt:luxuries et auaritia. Quid amor?(inquit quispiam)quid ambitio?quid irreligio?qd metus mortis?quid imperij cupiditas? quid deinde alia permulta? Itẽ falsa enumeratio est:cum pauciora sunt et plura dicimus:hoc modo. Tres res sunt quæ omnes homines sollicitãt:metus:cupiditas: ægritudo. Satis fuerat dixisse metũ & cupiditatem:quando ægritudinẽ cum utraq; re coniunctam esse necesse est. Item uitiosa expositio est:que nimium longe repetitur hoc modo. Omnium malorum stultitia est mater? quæ præ cæteris parit immensas cupiditates: immensæ porro cupiditates infinitæ imoderatæ sunt: hæ pariũt auaritiã: auaritia porro hominem ad quoduis maleficium impellit. Igitur aduersarij nostri inducti auaritia hoc inter se facinus admiserunt. Hic id quod extremum dictum est fuit satis exponere: ne Ennium et cæteros poetas imitemur:quibus hoc modo loqui concessum est. Vtinam ne in nemore pelio securibus Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes. Neue inde nauis inchoan-

dæ Exordium cœpisset: quæ nunc nominatur argo. In qua argiui delecti uiri uecti petebant: Pellem illam inauratā arietis colchis. Imperio regis peliæ per dolum. Nam nunquam hæra mea errans Medea pedem. Efferret domo ægra et amore saucia. Nam hic satis erat dicere si id modo: quod satis erat curasset poeta: utinā ne hæra mea errans pedem efferret domo Medea: aio ægra: & amore saucia. Ergo hac quoq; ab ultimo repetitione in expositione magnopere supersedendum est: non enim repræhēsione sicut aliæ complures: sed sua spōte uitiosa est.

DE VITIOSA RATIONE. Ti. xxvij.

Vitiosa ratio est: quæ ad expositionem non est accōmodata: uel propter infirmitatem: uel propter uanitatē. Infirma ratio est quæ non necessario ostendit ita esse quemadmodum expositum est: uelut apud Plautum. Amicum ob meritam noxam immane castigare est facinus. Verum in ætate utile & conducibile. Hæc propositio est: uideamus: quæ ratio afferatur. Nā ego amicum meum hodie nō castigabo pro cōmissa noxa. Ex eo quod facturus est: non ex eo quod fieri conuenit: utile quid sit ratiocinatur. Vana ratio est: quæ ex falsa causa constat hoc modo. Amor fugiendus non est: nam ex eo uerissima nascitur amicitia. Aut hoc modo: Philosophia fugienda est: affert enim secordiam: & desidiam. Nam hæ rationes nisi falsæ essent: expositiones quoq; earum ueras esse confiteremur. Item infirma ratio est: quæ non

necessariā causam affert expositionis:uelut Pacuuius. Fortunā insanā esse:& cæcā:& brutam perhibent philosophi. Saxiq; ad instar globosi predicāt esse uolubilem. Quia quo saxum impulerit fors eo cadere fortunam autumāt Cæcam ob eam rem esse uocant:quia nil cernat quo sese applicet. Insanā autē aiunt:quia atrox incerta:instabilisq; sit. Brutam:quia dignum:aut indignum nequeat internoscere. Sunt item philosophi qui fortunā negant ullam esse. Sed temeritate omnia regi autumāt. Id magis uerisimile esse aiunt quod usu res ipsa a se experiēdo edocet:uelut Orestes modo fuit rex: factus est mendicus modo naufragio. Nēpe res ista obtigit. Ergo id nō forte nec fortūa obtigit. Nā hic Pacuuius infirma rōne utitur:cū ait uerius esse temeritatē q̄ fortuna res geri: nā utraq; opinione philosophorū fieri potuit:ut is qui rex fuisset mēdicus factus esset. Item infirma ratio est cum uidetur pro ratione afferri id quod in expositione dictum est: hoc modo. Magno malo est hoībus auaritia: icirco q̄ homines magnis & multis incōmodis conflictātur propter immensam pecuniæ cupiditatē. Nam hic alijs uerbis idem per rationem dicitur:quod dictū est per expōnē. Itē infirma rō est:quæ minus idoneā q̄ res postulat causam subijcit expositioni hoc modo. Vtilis est sapientia propterea quia qui sapientes sunt pietatem colere consueuerunt. Item utile est amicos ueros habere: habeas enim quibuscū iocari possis. Nam huiusmodi in rationibus non uniuersali neq; absoluta:sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma ratio est: quæ uel alij expositioni potest accommodari:ut facit Pacuuius.

qui eandem affert rationem quare cæca: eandem quare bruta fortuna dicitur.

DE CONFIRMATIONE VITIOSA. Ti. xxviij.

i N confirmatione rationis multa uitanda in nostra et obseruanda in aduersariorum ratione sunt uitia: propterea diligentius cõsiderãda sunt q accurata affirmatio rationis totam uehementissime comprobat argumentationem. Vtuntur igitur studiosi in confirmanda ratione duplici conclusione hoc modo. Iniuria abs te afficior indigna pater: nam si improbũ esset Threspõtem existimabas: cur me huius locabas nuptijs? sin est probus: cur talem inuitã inuitum cogis relinquere? Eaq hoc modo concludentur: aut ex contrario cõuertentur: aut ex simplici parte repræhẽdẽtur. Ex cõtrario hoc modo: nulla te indigna nata officio iniuria: si probus est: collocaui: sin autẽ est improbus diuortio te deliberabo incommodis. Ex simplici parte repræhendetur si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur hoc modo. Nam si improbum esse Threspontem existimabas: cur me huius locabas nuptijs: duxi probum: erraui post cognoui: & fugio cognitum. Igitur repræhensio huius cõclusionis duplex est: acutior illa superior: facilior hæc posterior ad excogitãdum. Item uitiosa est confirmatio rationis cum ea re quæ plures res significat: abutimur pro certo unius rei signo hoc modo. Necesse est: quoniam pallet ægrotasse. Aut necesse est peperisse quoniã sustinet puerum infantem. Nam hæc sua spõte certa signa non sunt: si

non cætera quoq; similia concurrant: quæ si concurrerint non nihil huiusmodi signa adaugent suspitionẽ. Item uitiosa est: quando uel in alium: uel in eundẽ qui dicit: quod in aduersarium dicitur potest cõuenire: hoc modo. Miseri sunt qui uxores ducũt: at tu duxisti alteram. Item uiciosum est id: quod uulgarẽ habet defensionem: hoc modo. Iracundia ductus peccauit: aut adolescentia: aut amore: huiusmodi enim deprecationes: si probabuntur: impune maxima peccata diluẽtur. Item uitiosa est: cum id pro certo sumitur: quod inter omnes non constat: quod etiam nunc in controuersia est: hoc modo. Eho tu: dij quibus est potestas superum atq; inferum pacem inter sese conciliant: conferuntq; concorcordiam. Nam ita pro suo iure usum Threspontẽ Ennius induxit: quasi iam satis rationibus certis ita esse demonstrasset. Item uitiosum est: quod iam quasi sero: atq; acto negocio dici uidebitur: hoc modo. In mẽtem mihi si uenisset Quirites: non commisissem: ut hunc in locum res ueniret: nã hoc aut hoc fecissem: sed me tum hæc ratio fugit. Itẽ uitiosum est: cum id quod in aperto delicto positum est: tamẽ aliqua leui tegitur defensione: hoc modo. Cum te expectabant omnes florẽtissimo regno reliquit: nunc deserto ab omnibus summo periculo solus: ut restituam paro. Item uitiosum est: quod in aliam partem ac dictum sit potest accipi: id est huiusmodi: ut si quis potẽs ac factiosus dixerit: satius est uti regibus q̃ uti malis legibus: nã hoc tametsi rei arguẽdæ causa potest sine malicia dici: tamẽ propter potentiam eius: qui dicit non dicitur sine atroci suspitione. Item uitiosum est falsis aut uulgaribus definitio-

nibus uti. Falsae sunt huiusmodi: si quis dicat iniuriā nullā nisi quae ex pulsatione aut cōuitio constet. Vulgares sunt: quae nihilominus in aliam partē transferri possint: ut si quis dicat: quadruplator (ut breuiter describam) capitalis est: est enim improbus et pestifer ciuis. Nam nihilo magis quadruplatoris: q̄ furis: q̄ sicarii: aut proditoris attulit definitionē. Itē uitiosum est pro argumento sumere: quod in disquisitione positum est: ut si quis furti quem arguat dicat eū esse hominem improbū auarū fraudulentū: eius rei testimonium esse: ꝙ sibi furtum fecerit. Item uitiosum est controuersiam controuersia dissoluere: hoc modo. Non conuenit: censores: istū uerbis satisfacere: ex eo ꝙ ait: se nō potuisse adesse: ita ut iuratus fuerat: ꝙ si ad exercitū nō uenisset: id tribuno militū diceret: hoc ideo uitiosum ē: quia non expedita aut iudicata res est: sed impedita et simili controuersia posita exempli loco profertur. Item uitiosa est: cum id de quo summa cōtrouersia est: parū expeditur: et quasi transactū sit: relinquitur hoc modo. Aperte fatur dictio: si intelligas: tali de re: arma qualis qui gessit fuit: iubet: potiri si studeamus: e pergamo: quae ego profiteor esse mea: me enim est aequum frui fraternis armis: mihiq; adiudicarier: uel ꝙ propinquus: uel ꝙ uirtutis aemulus. Item uitiosum est: ipsum sibi in sua oratione dissentire et contra ea quae ante dixerit dicere hoc modo. Qua causa accusem hunc? nulla enim causa est cur hunc accusem. Tum id exputando euoluere. Nā si uereretur quid cum accusem: qui est probus: si inuerecundū animi ingenium possidet: quid cū accusem qui id parui auditu existimet. Non incommo

da ratione uidetur ostendisse quare non accusaret: ad quod postea ait. Nunc ego te a summo iam dexteram exordio. Item uitiosum est: quod dicitur contra iudicis uoluntatem: aut eorum qui audiunt: si aut partes: quibus illi studet: aut homines: quos illi charos habēt lædant: aut aliquo: huiusmodi uitio lædatur auditoris uoluntas. Item uitiosum est: non oēs res confirmare: quas pollicitus sis in expositione. Itē uerendū est ne de alia re dicatur: cū alia de re cōtrouersia sit: inq; hmōi uitio cōsiderandū est: ne aut ad rē addatur quid: aut qppiā de re detrahatur: aut tota causa mutata in aliā deriuetur. Vt apud pacuuiū Zethus cum amphione: quorum cōtrouersia: cum de musica inducta sit disputatio in sapientiæ rationem: & uirtutis utilitatē cōsumitur. Item considerandum est ne aliud accusatoris criminatio cōtineat: aliud defensoris purgatio purget: quod sæpe consulto multi ab reo faciunt angustijs causæ coacti. Vti cum qui accusetur ambitu magistratum petisse: ab imperatoribus sæpenumero se apud exercitum donatum esse dicat. Hæc si diligenter in aduersariorum oratione obseruauerimus sæpe depræhendemus: & in eiusmodi depræhensione ostendemus eos de ea re: quid dicatur non habere. Item uitiosum est: artem: aut scientiam: aut studium quodpiam uituperare propter eorum uitia: qui in eo studiosi sunt: ueluti qui rhetoricam uituperant: propter alicuius oratoris uituperandam uitam. Item uitiosum est: ex eo quod perperam factum esse constat putare ostendi a quo homine factum est hoc modo: mortuum: deformatum: tumore præditum corpore decoloratum constat esse. Constat

ergo necatum esse ueneno. eunde si sit usq; adeo in eo occupatus: ut multi faciunt uenenum datum uitio non mediocri cōflictetur. Nō enim factum ne sit quæritur: sed a quo factum sit. Itē uitiosum est in cōparandis rebus alterā rem afferre de re altera mētionem nō facere: aut neglgentius disputare: ut comparetur utrum satius sit populum frumētum accipere an non accipere: quæ commoda sunt in altera re curret enumerare: quæ in altera re incommoda sint: uel ut depræssa prætereat: aut ea quæ mima sunt dicat. Item uitiosum est: in rebus comparandis necesse uituperari alteram: cum alterā laudes. Quod genus si quæratur: utris maior honor habendus sit albensibus: an ueientanis: qui reip. & populo ro. profuerūt: & is qui dicat alteros lædat. Non enim necesse est: si alteros præponas alteros uituperare. Fieri enim potest: ut cū alteros magis laudaueris: aliquā alteris laudis partem attribuas ne cupidius pugnasse contra ueritatem puteris. Item uitiosum est de noie & uocabulo rei controuersiā struere: quā rem consuetudo potest optime indicare: uelut Sulpitius qui intercesserat ne exules quibus causam dicere non licuisset reducerentur. Idem posterius immutata uoluntate: cū eādem legē ferret: aliā sese ferre dicebat: propter noim commutationē: nā non exules: sed ui eiectos se reducere aiebat: perinde quasi fuisset in cōtrouersia: quo illi noie appellarentur a po. ro. quasi non omnes: qbus aqua & igni interdictum est exules appellentur. Verum illi fortasse ignoscimus: si cum causa fuit: nos tamen intelligamus uitiosum esse intendere controuersiam propter nominū commutationem.

DE EXORNATIONE VITIOSA. Ti. xxix.

q Voniam exornatio constat ex similibus & exemplis & amplificationibus & iudicatis: & cæteris rebus quæ pertinēt ad exaggerēdam: & locupletandā argumentationē: quæ sint his rebus uitia cōsideremus. Simile uitiosum est: quod ex aliqua parte dissimile: nec habet parem rationē cōparationis: aut sibiipsi obest qui affert. Exemplum uitiosum est: si aut falsum est: ut repræhendatur: aut improbum ut non sit imitādum: aut maius: aut minus q̄ res postulat. Res iudicata uitiose profertur: si aut dissimili de re profertur: aut de ea re: de qua controuersia non est: aut improba: aut eiusmodi: aut plures: an magis idoneæ res iudicatæ ab aduersarijs proferri possint. Item uitiosum est quod aduersarij factum esse cōfiteantur: de eo argumentari & planū facere factum esse. nam id augeri oportet. Item uitiosum est: id augere quod conuenit doceri: hoc modo: ut si quis quē arguat hominē occidisse: & anteq̄ satis idoneas argumētationes attulerit: augeat peccatū: & dicat nihil indignius esse q̄ hoiem occidere: non enim utrum indignum sit: an non: sed factum ne sit quæritur.

DE COMPLEXIONE VITIOSA. Ti. xxx.

c Omplexio uitiosa: quæ nō ut q̄cq; primū dictū est cōplectitur: & quæ breuiter cōcludit: & quæ nō ex numeratione certū & cōstans aliq̄d relinquit: ut intelligatur q̄ propositum: in

argumentatione sit: quid deinde ratione: quid cõfirmatione: quid tota argumẽtatione demõstratum.

DE CONCLVSIONIBVS TOTIVS ARGVMENTI. Titu.xxxi.

C Onclusiones: quæ apud græcos epilogi nominantur: tripartitæ sunt: nam constant ex enumeratione: amplificatione: & commiseratione. In quattuor locis uti possumus conclusionibus in principio: secundũ narrationẽ: secundũ firmissimã argumẽtationẽ in cõclusione. Enumeratio est: per quã colligimus & cõmonemus: quibus de rebus uerba fecerimus breuiter: ut renouetur nõ reintegretur oratio: & ordine: ut quicq; erit dictũ referamus: ut auditor si memoriæ mandauerit: ad idem quod ipse meminerit reducatur. Item curandũ est: ne aut ab exordio: aut a narratione repetatur orationis enumeratio: ficta enim et dedita opera comparata oratio uidebitur esse artificij significandi: ingenijq; uẽdicandi: & memoriæ ostẽtãdæ causa: quapropter initiũ enumerationis faciendũ est a diuisione: deinde breuiter exponẽdæ sunt res quæ tractatæ erunt in confirmatione: & confutatione. Amplificatio est res: quæ per locum cõmunẽ instigationis auditorum causa sumitur. Loci cõmunes ex decem præceptis cõmodissime sumũtur ad augẽdi criminis causam. Primus locus sumitur ab auctoritate cum commemoramus quantæ curæ ea res fuerit dijs immortalibus; aut maioribus nostris: regibus: magistratibus: nationibus: hoibus sapiẽtissimis: senatui: item maxime quomodo

de his rebus in legibus sancitũ sit. Secũdus locus est cũ consideramus: illæ res de quibus criminamur ad quos pertineãt utrum ad oẽs quod atrocissimũ est: an ad superiores quod genus hi sunt: a quibus auctoritatis locus cõmunis sumitur: an ad pares hoc est in eisdẽ partibus animi: corporis: fortunarũ positos: an ad inferiores: qui oĩbus his rebus antecellũtur. Tertius locus est quo percunctamur quid sit eventurũ si omnibus idem concedatur: & ea ne neglecta ostendemus quid periculorũ incommodorum consequatur. Quartus locus est quo demõstratur si huic sit remissum: multos alacriores ad maleficia futuros: quos adhuc expectatio iudicij remoratur. Quintus locus est: cum ostendemus si semel aliter iudicatum sit: nullam rem fore quæ incommodo mederi: aut perperam factum: aut erratum iudicium corrigere possit. Quo in loco non incommodum erit uti cæterarum rerum comparatione: ut ostendamus alias res posse: aut uetustate sedari: aut consilio corrigi: huius rei: aut leniẽdæ: aut corrigendæ: nullam rem adiumento futuram. Sextus locus est: cum ostendemus & consulto factum: & dicemus uoluntario facinori nullam excusationem imprudentiæ iustam deprecationem paratam. Septimus locus est: cum ostendemus tetrum facinus: crudele: nepharium: tyrannicum esse: quod genus iniuria mulierum: aut earum rerum aliquid: quarum rerum causa bella suscipiuntur: & cum hostibus de uita dimicatur. Octauus locus est: quo ostendemus: non uulgare: sed singulare esse maleficium: spurcum: nefarium & inusitatum: quo maturius: & atrocius iudicandum sit. Nonus locus cõstat ex

peccatorũ cõparatione:quasi cũ dicimus maius esse maleficium stuprare ingenuã:q̃ sacrũ legere:q̃ alterum propter ægestatẽ:alterum propter intemperantem superbiam fiat. Decimus locus est:per quem omnia quæ in negocio gerẽdo acta sunt:quæq; rem cõsequi solent exponemus acriter: & criminose:& diligẽter: ut agi res:& geri negociũ uideatur rerũ cõsequentiũ enumeratione. Misericordia cõmouebitur auditoribus: si uariam fortunarũ commutationẽ dicemus. Si ostẽdemus: in quibus commodis fuimus: & quibus in incommodis sumus comparatione. Si quæ nobis futura sint nisi causam obtinuerimus:enumerabimus:& ostendemus. Si supplicabimus:et nos sub eorum quorũ misericordiam captabimus potestate subijciemus. Si quid nostris parentibus:liberis:cæteris necessarijs casurum sit:propter nostras calamitates aperiemus: et simul ostendemus illorum nos solitudine et miseria nõ nostris incõmodis dolere. Si de clæmẽtia:humanitate:misericordia nostra:qua in alios usi sumus aperiamus. Si nos semper:aut diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrum fatum:aut fortunam conqueremur. Si animum nostrum fortem:patientem incõmodorum ostendemus futurũ. Commiserationem breuem esse oportet:nihil enim lachryma citius arescit. Fere locos obscurissimos totius artificij tractauimus in hoc libro:quapropter huic uolumini modus sit. Reliquas præceptiones: quoad uidebitur:in tertium librum transferemus. Hæc si:ut cõquisite conscripserimus:ita diligenter fuerit consecutus:et nos industriæ fructus: ex tua scientia capiemus: et tute nostram diligẽtiam laudabis: tuaq; perceptio-

nẽ lætaberis:tu scientior eris præceptorũ artificio : nos alacriores ad reliquum persoluendum. Verum hæc futura satis scio:te enim non ignoro. Nos deinceps ad cætera præcepta transeamus:ut(quod libentissime faciemus)tuæ uoluntati rectissime morem geramus.

M. TVLLII CICERONIS RHETORICORVM AD.C.HERENNIVM.Liber tertius.

a

D OMNEM IVDICIALEM causam quemadmodum conuenis at inuentionẽ rerum accõmodari satis abundanter (ut arbitror) in superioribus libris demonstratum est. Nunc earum rationẽ rerum inueniendarũ:quæ pertineant ad causas deliberatiuas et demonstratiuas in hunc librũ transtulimus :ut omnis inueniendi præceptio tibi q̃primũ persolueretur. Reliquæ quattuor partes erant artificij:de tribus partibus in hoc libro dicemus;:dispositione:pronunciatione:& memoria. De elocutione:quia plura dicenda uidebantur in quarto libro conscribere maluimus:quem ut arbitror tibi librum celeriter absolutũ mittemus:ne quid tibi rhetoricæ artis deesse possit. Interea prima quæq3: et nobiscũ:cũ uoles et interdum sine nobis legendo:cõsequere:ne quid impediare:quin ad hanc utilitatẽ pariter nobiscũ progredi possis. Nũc tu fac : ut attentum te præbeas:nos proficisci ad instituta pergemus.

DE GENERE DELIBERATIVO.Ti.primus.

d Eliberationes partim sunt huiusmodi: ut quaeratur: utrum potius faciendum sit: partim huiusmodi: ut quid potissimum faciendum sit cõsideretur. Vtrum potius hoc modo: utrũ potius carthago tollenda: an relinquenda uideatur. Quid potissimum hoc pacto: ut si Hannibal cõsultet cum ex italia carthaginem: accersitur: an in italia remaneat an domum redeat: an in egyptum profectus occupet alexandriam. Item deliberationes partim ipsae propter se cõsultandae sunt: ut si deliberet senatus captiuos ab hostibus redimat: an non: partim propter aliquam extraneam causam ueniunt in deliberationem & consultationem: ut si deliberet senatus bello italico soluat'ne legibus Scipionem ut cum liceat ante tempus consulem fieri: partim et propter se sunt deliberandae: et magis propter extraneam causam ueniũt in consultationem: ut si deliberet senatus: bello italico socijs ciuitatem det: an non. In quibus causis rei natura faciet deliberationem: omnis ratio ad ipsam rem accõmodabitur. In quibus extranea causa cõficiet deliberationem: in his ipsa erit causa adaugenda: aut deprimenda. Omnes rationes eorum qui sententiam dicent: finem sibi conueniet: utilitatis proponere: ut omnis eo totius orationis ratio conferatur. Vtilitas in duas partes in ciuili consultatione diuiditur: in tutam et honestam. Tuta est: quae cõficit instãtis: aut consequentis periculi uitationem qualibet ratione. Haec distribuitur in uim: & dolum: quorum alterum separatim aut utrunq; sumemus coniunctim. Vis discernitur per exercitus: classes: arma: tormẽta: reuocationes hominum: et alias huiusmodi res. Do-

lus consumitur in pecuniam:pollicitationes:dissimulationes:maturationes:mentitiones:et cæteras res:de quibus magis idoneo tempore loquemur: si quando de re militari:aut de admistratione reipu.scribere uelimus. Honesta res diuiditur in rectum et laudabile. Rectum est: quod cum uirtute et officio fit. Id diuiditur in prudentiam:iustitiam:fortitudinem: et modestiam. Prudentia est calliditas: quæ ratione quadam potest delectum habere bonorum et malorum. Dicitur item prudentia sententia cuiusdam artificij:et appellatur prudentia multarum rerum memoria:et usus plurium negociorum. Iustitia est æquitas ius unicuiq; tribuens pro dignitate cuiusq;. Fortitudo est rerum magnarum appetitio: et rerum humilium contemptio:et laboris cum utilitatis ratione perpendsio. Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum. Prudentiæ partibus utemur in dicendo si commoda cum incommodis conferemus:cum alterum sequi alterum uitare cohortabimur: aut si qua in re cohortabimur aliquid cuius rei aliquam disciplinabilem sententiā poterimus habere quomodo: aut qua quisq; ratione fieri oporteat ostendemus. Aut si suadebimus quidpiam:cuius rei gestæ:aut præsentem:aut auditam memoriā poterimus habere:qua in re facile id quod uelimus exemplo allato persuadere poterimus. Iustitiæ partibus utemur: si aut innocentum:aut supplicū dicemus misereri oportere. Si ostendemus merētibus gratiā referri cōuenire. Si demonstrabimus ulcisci male meritos oportere. Si fidem magnopere censebimus conseruandam. Si leges & mores ciuitatis egregie dicemus seruari

oportere. Si societates: atq; amicitias studiose dicemus coli conuenire. Si quod ius in parentes: in deos: in patriam natura comparauit: id religiose colendum demōstrabimus. Si hospitia: clientelas: cognationes: affinitates caste colendas esse dicemus. Si nec praecio: nec gratia: nec periculo: nec simultate a uia recta ostendemus oportere deduci. Si dicemus aequabile ius in omnibus statui cōuenire. His atq; huiusmodi partibus iustitiae: si quam rem in concione aut in consilio faciēdam esse censebimus: iustam esse ostendemus: contrariis iniustā: ita fiet ut eisdem locis ad suadendum et dissuadendū simus comparati. Si fortitudinis retinendae causa faciendum quid esse dicemus: ostendemus res magnas: et excelsas sequi et appeti oportere. Et item res humiles: et indignas uiris fortibus uiros fortes propterea contemnere oportere: nec idoneas dignitate sua iudicare. Item a nulla re honesta: ob periculi: aut laboris magnitudinem deduci oportere: antiquiorem mortem turpitudine haberi: nullo dolore cogi: ut ab officio recedatur: nullius pro rei ueritate metuere inimicitias: quodlibet pro patria: parentibus: amicis: et his rebus quas iustitia colere cogit adire periculum: & quemlibet suscipere laborem. Modestiae partibus utemur: si nimias libidines honoris: pecuniae: similiūq; rerum uituperabimus. Si unāquāq; rem certo naturae termino definiemus. Si quod cuiq; satis sit ostendemus: nimium progredi dissuadebimus: modum unicuiq; rei statuemus. Huiusmodi partes sunt uirtutis amplificandae si suadebimus: attenuandae si ab his dehortabimur: ut haec attenuentur: quae supra demonstraui. Nam nemo erit:

qui sentiat a uirtute recedendum. uerum: aut res non eiusmodi dicantur: ut uirtutem possimus egregiam experiri: aut in contrariis potius rebus: q̄ in his uirtus cōstare ostendatur. Item si quo pacto poterimus quod is qui contradiceret iustitiam uocarit: nos demonstrabimus ignauiam esse: & inertiam ac prauam liberalitatem. Quam prudētiam appellarit: ineptam: & garrulam & odiosam scientiam esse dicemus. Quam ille modestiam dicet esse: eam nos inertiam: & dissolutam negligentiam dicemus esse. Quam ille fortitudinem nominarit: eam gladiatoriam et inconsideratam appellabimus temeritatem. Laudabile est: quod conficit honestam: & præsentem: et consequentem cōmemorationem. Hoc nos eo a recto separauimus: nō q̄ hæ quattuor partes quæ subiiciūtur sub uocabulo recti hāc honestatis commemorationem dare non soleant: sed q̄q̄ ex recto laudabile nascatur: tamen in dicendo seorsum tractandum est ab illo. Neq; enim solum laudis causa rectum sequi conuenit: sed si laus consequitur: duplicatur recti appetendi uoluntas. Cum igitur erit demonstratū rectum esse laudabile demonstrabimus: aut ab idoneis hominibus: ut si qua res honestiori ordini placeat: quæ a deteriori ordine improbetur: aut aliquibus sociis: aut omnibus ciuibus exteris nationibus: posterisq; nostris. Cum huiusmodi diuisio sit locorum in consultatione: breuiter aperiēda est totius tractatio causæ. Exordiri licebit: uel a principio: uel ab insinuatione: uel iisdem rationibus quibus in iudiciali causa. Si eius rei narratio incidet eadem ratione narrari oportebit: quoniam in eiusmodi causis finis est utilitas: &

ea diuiditur in rationē tutam:atq; honestam. Si utrūq; poterimus utrūq; pollicebimur:nos in dicendo demonstraturos esse:si alterum demonstraturi erimus simpliciter quod dicturi sumus ostendemus. At si nostram rationem tutam esse dicemus:diuisione utemur in uim:et consilium. Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus:id in dicendo honestius consilium appellabimus. Si rationis nostræ sententiam rectam esse dicemus:& omnes partes recti incident quadripertita ratione utemur:si non incident: quot erunt tot exponemus in dicēdo. In cōfirmatiōe et cōfutatione utemur nostris locis quos āte ostēdimus cōfirmādis:contrarijs cōfutādis. Argumētatiōis artificiosæ tractandæ rō de secūdo libro patet. Sed si acciderit ut in cōsultatione:alteri a tuta rōne:alteri ab honesta snīa sit: ut in deliberatione eorū: qui a pœnis circūsessi deliberāt qd agāt. Qui tutā rōnē seq̄ suadebit his locis utetur. Nullam rē incolumitate utiliorē eē: uirtutibus uti neminē posse:q̄ suas rōnes ī tuto nō collocarit:nec deos q̄dē esse auxilio eis:q̄ se incōsulto ī periculū mittūt. Honestū nihil oportere existimari:quod nō salutē pariat. Qui tutæ rei proponet rōnem honestā:his locis utetur. Virtutē nullo tēpore relinquendā:uel dolorem : si is timeatur: uel mortem si ea formidetur:dedecore : & infamia leuiorem esse. Considerare quæ sit turpitudo consecutura:at non immortalitatem : neq; æternam incolumitatem consequi:nec esse exploratum:illo uitato periculo nullum in aliud periculum esse nos uenturos. Virtute ultro ad mortem proficisci esse præclarum : Fortitudini fortunam quoq; esse adiumento solere. Eum tu

te uiuere: qui honeste uiuat: non qui in praesentia incolumis sit: & eum qui turpiter uiuat incolumen in perpetuũ esse nõ posse. Cõclusionibus fere similibus in his: et in iudicialibus causis uti solemus. Nisi quod his maxime cõducit q̃ plurima rerũ ãte gestarũ exẽpla proferre. Nũc ad demõstratiuũ genus causae trãseamus.

DE GENERE DEMONSTRATIVO. T. ij.

Quoniam haec causa diuiditur in laudem: et uituperationem: quibus ex rebus laudẽ constituerimus: ex cõtrarijs rebus erit uituperatio comparãda. Laus igitur poterit esse rerum externarum: et corporis: et animi. Rerũ externarũ sunt ea quae casu aut fortuna: secũda aut aduersa accidere possunt: ut genus: educatio: diuitiae: ptãs: gloria: ciuitates: amicitiae: et quae hmõi sunt: et ea quae his sunt cõtraria. Corporis sunt ea quae natura corpori attribuit cõmoda: aut incõmoda: uelocitas: uires: dignitas: ualitudo: et quae cõtraria sunt. Animi sunt: ea quae cõsilio et cogitatiõe nostra cõstãt prudẽtia: iustitia: fortitudo: modestia: et quae cõtraria sunt. Erit igitur haec cõfirmatio cõfutatioq; nobis. In hmõi cã principium sumetur: aut a nostra: aut ab eius de quo loquemur: aut ab eorũ q audiẽt persona: aut ab re. A nostra si laudabimus: aut officio facere: ꝙ cã necessitudis intercedat: aut studio: ꝙ eiusmodi uirtutis sit: ut oẽs cõmemorare debeãt uelle quod dictũ sit. Aut ex aliorũ laude ostẽdere qualis ipsius animus sit. Si uituperabimus: aut merito facere ꝙ ita tractati sumus: aut studio ꝙ utile putemus esse ab omnibus unicã malitiã atq; nequitiã cognosci: aut ꝙ placeat ostendi qd nobis

displiceat ex aliorum uituperatione. Ab eius persona de quo loquemur: si laudabimus: uereri nos dicemus ut illius facta uerbis consequi non possimus. Omnes hominis illius uirtutes predicare oportere: ipsa facta omniũ laudatorum eloquentiam anteire. Si uituperabimus ea quæ uidebimus contraria paucis uerbis commutatis dici posse dicemus: ut paulo supra exẽpli causa demonstratum est. Ab auditorum persona: si laudabimus: quoniam nihil noui: nihil apud ignaros laudemus nos monendi causa pauca esse dicturos: aut si erũt ignoti: ut talem uirum uelint cognoscere petemus: quoniam in eodem uirtutis studio sint apud quos laudemus: atq; ille qui laudatus fuerit: sperare nos facile his quibus uelimus huius facta probaturos. Contraria uituperatio: quoniã norint pauca de nequitia eius: nos esse dicturos: q̄ si ignorent petemus: ut agnoscant: ut maltiam uitare possint: quoniã dissimiles sunt qui audiunt atq; ille qui uituperatur. Sperare nos illius uitã uehemẽter improbaturos. A rebus ipsis incertum esse: quid potissimum laudemus: uereri ne cum multa dixerimus: plura prætereamus: & quæ similes sententias habebunt: quibus sententiis contraria sumuntur a uituperatione. Principio ab aliqua tractatiõe harum: quas ante commemorauimus rationum: narratio non erit ulla: quæ necessario consequatur: sed si qua inciderit cum aliquo factum eius de quo loquemur nobis narrandũ sit cum laude aut uituperatione: præceptio narrãdi de primo libro repetetur. Diuisione hac utemur: exponemus quas res laudaturi sumus: aut uituperaturi. Deide ut quæq; quoue tempore res erit gesta ordine dicemus:

ut quicquid tute cauteq; egerit intelligatur. Sed exponere oportebit animi uirtutes aut uitia: deinde commoda: aut incommoda corporis: aut rerum externarũ quomodo ab animo tractata sint demõstrabitur. Ordinem hunc adhibere in demõstranda uita debemus. Ab externis rebus genus in laude: quibus maioribus natus sit: si bono genere: parem: aut excelsiorem fuisse: si humili genere: ipsum in suis: non in maiorum uirtutibus habuisse præsidium. In uituperatione: si bono genere: dedecori maioribus fuisse: si malo: tamẽ his ipsis detrimento fuisse. Educatio in laude ꝙ bene: ꝙ honeste in bonis disciplinis educatus tota pueritia fuerit. In uituperatione contra: inde se retraxisse. A corporis commodis: a natura in laude si sit dignitas atq; forma laudi fuisse eam: non quẽadmodum cæteris detrimento atq; decori. Si uires atq; uelocitas egregia honestis hæc ex exercitationibus & industrijs comparata. Si ualitudo perpetua: diligentia & temperantia cupiditatum. In temperatione si erunt hæc corporis commoda male his usum dicemus: quæ casu & natura tanq; quilibet gladiator habuerit. Sin erunt præter formam omnia ipsius culpa & intemperãtia fuisse dicemus. Deinde reuertemur ad extraneas res: & in his ai uirtutes aut uitia: quæ fuerint considerabimus: diuitiæ an paupertas fuerit: quæ potestas: quæ gloria: quæ amicitia: & quid fortiter in inimicitijs gerendis fecerit: cuius caussa susceperis inimicitias: qua fide: beniuolentia: officio gesserit amicitias. In diuitijs qualis aut in paupertate cuiusmodi fuerit: quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animũ. Si interierit cuiusmodi mors

fuerit: cuiusmodi res mortem eius sit consecuta. Ad omnes autem res: quibus animus hominis maxime consideratur: illę quattuor animi uirtutes erunt accommodandæ: ut si laudabimus: aliud iuste: aliud fortiter: aliud modeste: aliud prudenter factum esse dicamus. Si uituperabimus: aliud iniuste: aliud ignaue: aliud immodeste: aliud stulte factum esse dicemus. Perspicuum est iam nimirum ex hac dispositione quemadmodum sit tractanda: tripertita diuisio laudis & uituperationis: si illud etiam assumpserimus non necesse esse nos omnes has partes in laudem aut uituperationem transferre: propterea quod sæpe non incidunt: aut ita tenuiter: ut non sint necessarie: quapropter eas partes quæ firmissimæ uidebuntur legere oportebit. Conclusionibus breuibus utemur per enumerationem: ad exitum causæ: in ipsa causa crebras et breues amplificationes interponere oportebit per locos cōmunes. Nec hoc genus causæ: eo ꝙ raro accidat in uita negligentius commendandum est: neq; id quod uideri potest accidere: ut faciendum sit aliquando non oportet uelle q̄ꝫ commodissime posse facere. Et si separatim hæc causa minus sæpe tractetur: at in causis iudicialibus et in deliberatiuis sæpe magnæ partes uersantur laudis: aut uituparationis: quare in hoc quoq; genus causæ nō nihil industriæ conferendū putamus. Nunc absoluta nobis difficillima parte rhetoricæ: hoc est inuentione perpolita: atq; ad omne causæ genus accōmodata: tempus est ad cæteras partes orationis proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus.

DE DISPOSITIONE. Ti. iij.

[Q]uoniam dispositio est: per quam illa: quæ inuenimus in ordinem redigimus: ut certo quicq; loco pronunciemus: uidendum est cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat: Genera dispositionum sunt duo: unum ab institutione artis profectum: alterum ad casum temporis accommodatum. Ex institutione artis disponemus cū sequemur eam præceptionem quam in primo libro exposuimus: hoc est: ut utamur principio: narratione: diuisione: confirmatione: confutatione: conclusione: & hūc ordinem quēadmodum præceptum est ante in dicendo sequamur. Item ex institutione artis non modo totas causas per orationem: sed per singulas quoq; argumentationes disponemus: quēadmodum in secūdo libro docuimus: id est expositionē: rationem: confirmationem rationis: exornationē: complexionē. Hæc igitur duplex dispositio est: una per orationes: altera per argumētationes ab institutione artis profecta. Est aūt alia dispositio: quæ cū ab ordine artificioso recedendū est oratoris iudicio ad tēpus accōmodatur: ut si a narratione dicere incipiamus: aut ab aliqua firmissima argumentatione: aut aliquarum rerum recitatione: aut si secundū principium cōfirmatione utamur: deinde narratione: ut si quam huiusmodi permutationem ordinis faciamus: quorum nihil nisi causa postulet fieri oportebit. Nam si uehementer aures auditorum obtusæ uidebuntur atq; animi fatigati ab aduersariis multitudine uerborum: commode poterimus principio supersedere: & exordiri causam: aut a narratione: aut aliqua firmissima argumentatione. Deinde si com

modum erit(quia non semper necesse est)ad principij sententiam reuerti licebit. Si causa nostra magnã difficultatem uidebitur habere:ut nemo æquo animo possit audire principium: a narratione cum incœperimus ad principij sententiam reuertemur. Si narratio parũ probabilis est:ordiemur ab aliqua firma argumentatione. His cõmutationibus:& translationibus sæpe uti necesse est : quum ipsa res artificiosam dispositionem artificiose commutare cogit. In confirmotione & confutatione argumẽtationũ dispositiones huiusmodi haberi conuenit firmissimas argumẽtationes in primis & in postremis causæ partibus collocari:mediocres et neq; inutiles ad dicendum neq; necessarias ad probandum: quæ si separatim ac singulæ dicantur infirmæ: sint cum cæteris coniunctæ fiunt firmæ et probabiles: interponi & in medio collocari oportet: nã re narrata statim expectat animus auditoris ex qua re causa confirmari possit:quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumẽtationem: & quoniã nuperrime dictum facile memoriæ mandatur:utile est cum dicere desinamus recentem aliquã relinquere in animis auditorum bene firmam argumẽtationem. Hæc dispositio locorum tanq; instructio militum facillime in dicendo: sicut illa in pugnando parere poterit uictoriã.

DE PRONVNCIATIONE. Ti.iiij.

p Ronunciationem multi maxime utilẽ oratori dixerunt esse et ad persuadendũ plurimũ ualere. Nos quidẽ unã de quinq; res

bus plurimũ posse non facile dixerimus: nec egregie magnam esse utilitatẽ in pronũciatione sola audacter confirmauerimus. Nã cõmode inuentiones & concinnæ uerborũ elocutiones et partium artificiosæ dispositiones: et horũ omniũ diligens memoria: sine pronũciatione: non plusq̃ sine his rebus pronunciatio sola ualere potuit. Quare: quia nemo de ea re diligenter scripsit: nãq; omnes uix putarũt posse de uoce et gestu: dilucide scribi: cum hæ res ad sensus nostros pertinerẽt: et quia magnopere nobis: ad dicendũ pars ipsa cõparanda est: non negligenter uidetur tota res considerãda. Diuiditur igitur pronunciatio in uocis figuram et corporis motũ. Figura uocis est quæ suũ quendã possidet habitũ ratione: et industria comparatũ. Ea diuiditur in tres partes: magnitudinẽ: fortitudinẽ: mollitudinem. Magnitudinẽ uocis maxime natura cõparat: nõ nihil auget: sed maxime cõseruat accuratio. Firmitudinẽ uocis maxime natura cõparat: nõ nihil adauget: sed maxime conseruat exercitatio declamationis. Mollitudinẽ uocis: hoc est ut eã torquere pro nostro cõmodo possimus: maxime faciet exercitatio declamationis. Quapropter de magnitudine uocis et firmitudĩs parte: quoniã altera cura: altera natura comparatur: nihil ad nos attinet cõmonere nisi ut ab his q̃ nõ inscij sunt eius artificij ratio curandæ uocis petatur. De ea parte firmitudinis quæ conseruatur ratione declamationis: et de mollitudine uocis: quæ maxime necessaria est oratori: quomodo ea quoq; moderatione declamationis cõparetur dicendum uidetur.

DE CONFIRMATIONE VOCIS. Titu.v.

f Irmam igitur q̃maxime poterimus in dicendo uocem conseruare: si q̃maxime sedata et depræssa uoce principia dicemus. Nã læduntur arteriæ: si anteq̃ uox bene permulsa est acri clamore cõpleantur. Et interuallis lõgioribus ut conue-niet: recreatur enim spiritu uox & arteriæ conticendo requiescunt. Et continuũ clamorem omittere & ad sermonem redire oportet pariter. cõmutationes enim faci-unt: ut nullo genere uocis effuso in omni uoce integrissimus. Et acutas uocis exclamationes uitare debemus: Ictus enim fit: & uulnerantur arteriæ acuta atq; extenuata nimis acclamatione: & si quis splendor est uocis: consumitur uno clamore uniuersus. Et uno spiritu continenter multa dicere cõuenit in extrema oratione: fauces enim calefiũt: & arteriæ cõplentur: & uox quæ uarie tractata est: reducitur in quẽdam sonum æquabilem atq; constantẽ. Quid uero sæpe rerũ naturæ gratia quadã iure debetur: uelut accidit in hac re (Nã hoc quod diximus ad uocem seruandã prodesse: idem attinet ad suauitatem pronũciationis: ut quod natura uoci prosit: idem uoluntate auditoris probetur) utile est ad firmitudinẽ uocis sedata uox in principio: quid enim insuauius q̃ clamor in exordio causæ? Interualla uocẽ confirmãt: eadẽ sentẽtias cõcinniores diuisione reddũt & auditori spatiũ cogitandi relinquũt. Cõseruat uocem cõtinui clamoris remissio: & auditorẽ quidẽ maxime delectat uarietas & sermone animũ eius retinet & exuscitat clamore. Acuta exclamatio uocem & fauces uulnerat: eadẽ lædit auditorẽ. Habet enim quiddã illiberale: & ad muliebrẽ potius uociferationẽ: q̃ ad

uirilē dignitatē in dicēdo accōmodatū. In extrema oratione cōtinens uox remedio est: uoci. Quid hæc eadem? nōne animū uehemētissime calefacit auditoris i totius cōclusione causæ? Quoniā igitur res eædē uocis firmitudini: & pronūciationis suauitati prosunt: de utraque re simul erit in præsentia dictum: de firmitudine quæ uisa sunt: & de suauitate quæ coniuncta fuerunt: cætera suo loco post dicemus.

DE VOCIS MOLLITVDINE. Ti. vi.

m Ollitudo igitur uocis (quoniā ois ad rhetoris præceptionē pertinet) diligētius nobis cōsiderāda est. Eā diuidimus in sermonē: cōtentionē: & āplificationē. Sermo est oratio remissa & finitima quotidianæ locutiōi. Cōtētio ē oratio acris ad cōfirmādū & cōfutādū accōmodata. Amplificatio est oratio quæ aut in iracūdiā inducit: aut ad misericordiā trahit auditoris aīm. Sermo diuiditur ī partes quattuor: dignitatē: demōstrationē: narrationē: iocationē. Dignitas ē oratio cū aliqua grauitate & uocis remissione. Demōstratio est: quæ docet remissa uoce quō qd fieri potuerit: aut nō potuerit. Narratio est rerū gestarum expositio. Iocatio est oratio: quæ ex aliqua re uerisimili risum prudētē: & liberalē mouere possit. Cōtētio diuiditur in cōtinuationē: & in distributionē. Cōtinuatio est orationis enūciandæ acceleratio clamosa. Distributio est in contentione oratio frequens cum raris & breuibus interuallis acri uociferatione. Amplificatio diuiditur in cohortationem: & quæstionem. Cohortatio est oratio: quæ aliquod peccatum amplificans

auditorem ad iracundiã adducit. Cõquæstio est oratio quæ incõmodorũ amplificatione animũ ad misericordiam perducit. Quoniã igitur mollitudo uocis in tres partes diuisa est: et hæ ipsæ partes in octo alias partes distributæ sũt: quæ cuiusq; idonea pronũciatio sit demõstrãdũ uidetur. Sermo cũ est ĩ dignitate plenis faucibus q̃; sedatissima et depræssissima uoce uti cõueniet: et ita tamẽ ne ab oratoria cõsuetudine ad tragicã trãseamus. Cũ aũt in demõstratione: uoce paululũ attenuata: crebris interuallis: et diuisionibus oportet uti ut ipsa pronunciatione eas res: quas demonstrabimus inserere: atq; intersecare uideamur in animis auditorum. Cum autem sermo in narratione est: uocum uarietate opus est: ut quo quicq; pacto gestum sit: ita narrari uideatur. Strenue quod uolumus ostendere factum celeriuscule dicemus: at aliud ociose retardabimus: deinde modo acriter: tum clæmẽter: mœste: hilariter in omnes partes cõmutabimus: ut uerba: ita pronunciationem. Si qua inciderint in narratione dicta: rogata: responsa: siquæ admirationes de quibus nos narrabimus diligenter animaduertemus: ut omniũ personarũ sensus atq; animos uoce exprimamus. Sin erit sermo in iocatione: leniter tremebunda uoce cum parua significatione risus: sine ulla suspitione nimiæ cachinnationis: leniter oportebit a sermone serio torquere ad liberalem iocum uocem. Cum autem contendere oportebit: quoniam id: aut per continuationem: aut distributionem faciendum est. In continuatione adaucto mediocriter sono uocis uerbis continuandis: uocem quoq; iungere oportebit: et torquere sonum: et celeriter cla

more uerba conficere ut uim uolubilem orationis uoci
feratio cõſequi poſſit. In diſtributione uocem ab imis
faucibus exclamatione quã clariſſima adhibere oportet:
et quantũ ſpatij per ſingulas exclamationes ſumpſeri
mus:tantũ inter ſingula interualla ſpatij cõſumere iu
bemur. In amplificationibus cum cohortatione utemur
uoce attenuatiſſima:clamore leni:ſono æquabili:cõmu
tationibus crebris maxima celeritate. In conqueſtione
utemur uoce depreſſa: ut inclinato ſono:crebris inter
uallis:longis ſpatijs magnis cõmutationibus. De figu
ra uocis ſatis dictum eſt:nunc de corporis motu dicen
dum uidetur.

DE MOTV CORPORIS. Ti.ſeptimus.

Otus corporis eſt geſtus & uultus modera
m tio quædam:quæ pronuncianti conuenit:et
probabiliora reddit ea quæ pronunciãtur.
Conuenit igitur in uultu pudorẽ et acrimoniã eſſe. In
geſtu nec uenuſtatem conſpicuã nec turpitudinẽ eſſe:
ne aut hiſtriones:aut operarij uideamur eſſe. Ad eaſdẽ
igitur partes:in quas uox ẽ diſtributa motus quoq; cor
poris ratio uidetur eſſe accõmodanda. Nam ſi erit ſer
mo in dignitate:ſtantes in ueſtigio leni dexteræ motu
loqui oportebit:hylaritate:triſtitia : mediocritate uul
tus ad ſermonis ſententias accõmodata. Sin erit in de
monſtratione ſermo:paululũ corpus a ceruicibus dimit
temus:nam hoc eſt a natura datum:ut quã proxime tum
uultum tum manũ admoueamus ad auditores ſi quã
rem docere eos:& uehementer inſtigare uelimus. Sin

erit in narratione sermo idē motus poterit idoneus esse qui paulo ante demonstrabatur in dignitate. Sin in iocatione: uultu quandā debemus hilaritatem significare: sine cōmutatione gestus. Sin contendemus per continuationē brachio celeri: mobili uultu: acri aspectu utemur. Sin contentio fiet per distributionē: celeri porrectione brachij: ambulatione pedis dextri rara supplosione: acri & defixo aspectu uti oportet. Sin amplificatione per cohortationem: paulo tardiore: & considerratiore gestu conueniet uti similibus cæteris rebus atq; in contentione per continuationē. Sin utemur amplificatione per conquæstionē: fœmineo plangore & capitis ictu nōnunq; sedato: & constanti gestu: mœsto & conturbato uultu uti oportebit. Non sum nescius q̄tum susceperim negocij: qui motus corporis exprimere uerbis & imitari scriptura conatus sum uoces. Verum nec hoc confisus sum posse fieri: ut de his rebus satis cōmode scribi posset: nec si id fieri non potest: hoc quod feci fore inutile putabam: propterea q̄ hic admonere uoluimus quod oporteret: reliqua trademus exercitatiōi. Hoc scire tamen oportet pronunciationē bonam eo proficere: ut res ex animo agi uideatur. Nunc ad thesaurum atq; omnium partium rhetoricæ custodem: memoriam transeamus.

DE MEMORIA. Ti. viij.

m Emoria utrum habeat quiddam artificij: an omnis a natura proficiscatur aliud dicendi tempus idoneum dabitur. Nūc perinde atq;

constet. In hac re multum ualere artem & præceptio-
nem. Ita de re loquemur. Placet enim nobis esse artifi-
cium memoriæ quare placeat alias ostendemus: in præ-
sentia cuiusmodi sit ea: aperiemus. Sũt igitur duæ me-
moriæ: una naturalis: altera artificiosa. Naturalis est
quæ nostris animis insita est: & sine multa cogitatio-
ne nata. Artificiosa est ea: quam confirmat inductio-
quædam: et ratio præceptionis. Sed quia rebus in cæte
ris ingenij bonitas imitatur sæpe doctrinam: ars porro
naturæ cõmoda confirmat: & auget: ita fit in hac re:
ut nõnunq̃ naturalis memoria: si cui data est egregia
similis sit huic artificiosæ. Porro hæc artificiosa natu-
ræ commoda retinet: & amplificat ratione doctrinæ.
Quapropter naturalis memoria præceptione cõfirmã
da est: ut sit egregia: & hæc quæ doctrina datur indi-
get ingenij. Nec hoc magis aut minus in hac re q̃ in
cæteris artibus fit: ut ingenio doctrina: præceptione na
tura nitescat. Qua re & illis qui natura memores sunt
utilis hæc erit institutio: quod tute paulopost poteris
intelligere: et si illi freti suo ingenio nostro non indi-
gerent: tamen iusta causa daretur: quare his qui mi-
nus ingenij habent adiumento uelimus esse. Nunc de
artificiosa memoria loquemur. Constat igitur artifi-
ciosa memoria ex locis & imaginibus. Locos appella-
mus eos qui breuiter: perfecte: insiguite: aut natu-
ra: aut manu sunt absoluti: ut eos facile naturali me-
moria comprehendere: & amplecti queamus ut ędes
intercolumnium: angulum: fornicem: & alia quæ
his similia sunt. Imagines sunt formæ quædam: et no
tæ & simulacra eius rei: quam meminisse uolumus

quod genus:equi:leones: aquilæ. Memoriã si uolemus habere imagines eorũ in certis locis collocare nos oportebit. Nunc cuiusmodi locos inuenire: & quo pacto reperire: & in locis imagines continere oporteat ostendemus. Quemadmodũ igitur: qui litteras sciunt possunt: id quod dictum est scribere & recitare quod scripserunt: ita qui mnemonica didicerunt possunt quod audierunt in locis collocare: et ex his memoriter pronunciare. Loci enim ceræ aut chartæ simillimi fiunt: imagines litteris: dispositio et collocatio imaginum scripturæ: pronunciatio lectioni. Oportet igitur: si uolumus multa meminisse: multos nobis locos comparare: ut in multis locis multas imagines collocare possimus. Item putamus oportere ex ordine hos locos habere: nequãdo perturbatiõe ordĩs ĩpediamur: quo secius quoto loco libebit: uel a superiore uel ab inferiore parte imagines sequi: ut ea quæ mandata locis erunt edere: & proferre possimus. Nam ut si in ordine stantes notos complures uidemus nihil nostra intersit utrũ a summo an ab imo nomina eorum dicere incipiamus: item in locis ex ordine collocatis eueniet: ut in quãlibet partem quotoquoq; loco libebit imaginibus commoniti dicere possimus id quod locis mandauerimus. Quare placet ex ordine locos comparare: & locos: quos assumpserimus: egregie cõmoditerq; notare oportebit: ut perpetuo hærere possint. Nam imagines: sicut litteræ delentur: ubi nihil utimur: loci tanq̃ cæra remanere debẽt. Et ne forte in numero locorum falli possimus: quintum quẽq; locum placet notari: quod genus si in quinto loco manum aureã collocemus: in decimo aliquem notum: cui

prænomen sit decimo: deinde facile erit: quinto quoq; loco similes notas collocare. Item commodius est: in derelicta q̄ꝫ in celebri regione locos cōparare. Propterea ꝙ frequentia: & deambulatio hominū conturbat: et infirmat imaginū notas: solitudo conseruat integras simulacrorū figuras. Præterea dissimiles forma atq; natura loci comparandi sunt ut distincte interlucere possint. Nam si quis multa intercolumnia sumpserit conturbabitur similitudine: et ignorabit quid in quoq; loco collocarit. Et magnitudine modica: et mediocres locos habere oportet: nā præter modū ampli uagas imagines reddunt: et nimis angusti sæpe nō uidentur posse capere imaginū collocationē. Tū nec nimis illustres: nec uehementer obscuros locos haberi oportet: ne aut obcæcentur tenebris imagines: aut splendore persulgeāt. Interualla locorum mediocria esse, oportet fere paulo plus aut minus pedum trigenū. Nam ut aspectus: ita cogitatio minus ualet: siue nimis procul remoueris: siue uehementer prope admoueris id quod oportet uideri. Sed q̄q̄ꝫ facile est ei: qui paulo plura explorauit: q̄ꝫuis multos et idoneos locos cōparare: tamen si quis ad ista idoneos inuenire se non putauit: ipse sibi constituat: quot uolet multos licebit. Cogitatio enim quāuis regionem potest amplecti: et in ea situm loci cuiusdā ad suum arbitriū fabricare et architectari. Quare licebit: si hac prompta copia contēti non erimus: nosmetipsos cogitatione nostra regionē constituere: et idoneorū locorum cōmodissimā distinctionē comparare. De locis satis dictum est: nunc ad imaginū rationē trāscamus. Quoniā ergo rerum similes imagines esse oportet: ex

bibus uerbis nosmet notas nobis similitudies eligere debemus. Duplices igitur similitudies eẽ debẽt: unæ rerũ: alteræ uerborũ. Rerũ similitudines exprimũtur: cum summatim ipsorũ negociorũ imagines comparamus. Verborũ similitudies cõstituũtur: cũ uniuscuiusq; nois et uocabuli mẽoria imagine notatur. Rei totius mẽoriã sæpe una nota: et imagine simplici cõpræhẽdimus hoc mõ: ut si accusator dixerit ab reo hoiem ueneno necatũ et hæreditatis cã factũ arguerit: et eius rei multos dixerit testes: & conscios esse: si hoc primum: ut ad defendẽdum nobis expeditũ sit meminisse uolemus. In primo loco rei totius imaginẽ confirmabimus: ægrotum in lecto cubantem faciemus ipsum illum de quo agetur: si formam eius detinebimus: si eum non cognouerimus: aliquẽ ægrotum non de minimo loco sumemus ut cito in mentẽ uenire possit: & reum ad lectum eius statuemus dextra poculum: sinistra tabulas: medico testiculos arietinos tenentẽ. Hoc modo & testium & hæreditatis & ueneno necati memoriã habere poterimus. Item deinceps cætera omnia ex ordine in locis ponemus. Et quotienscunq; rem meminisse uolemus: si formarum dispositione: & imaginũ diligenti notatione utemur: facile ea quæ uolemus memoria consequemur. Cũ uerborum similitudines imaginibus exprimere uolemus plus negocij sumemus & magis ingeniũ nostrum excreebimus: id nos hoc modo facere oportebit. Iam domi ultionem reges atridæ parant: in loco constituere oportet manus ad cœlũ tollentẽ Domitiũ: cũ a regibus martijs loris cædatur: hoc erit iã domi ultionẽ reges. In altero loco æsopũ et cimbrũ subornari: et iphigeniã uagan

tem:hoc erit:atridæ:parãt·hoc modo oĩa uerba erũt ex=
pressa·Sed hæc imaginũ cõfirmatio tũ ualet:si natura
lem memoriã exuscitauerimus hac notatione:ut uersu
posito ipsi nobiscũ primũ trãscamus bis:aut ter cũ uer=
sum:deinde cum imaginibus uerba exprimamus.Hoc
modo naturæ suppeditabitur doctrina·Nã utraq; alte
ra separata minus erit firma:Ita tamen ut multo plus
in doctrina:atq; arte præsidij sit·Quod docere nõ gra
uaremur ni metueremus ne cũ ab instituto nostro reces
sissemus minus cõmode reseruaretur hæc dilucida bre
uitas præceptiõis·Nũc quoniã solet accidere:ut imagi=
nes partim firmæ:et ad mouẽdũ idoneæ,sint:parti im=
becilles:et ĩfirmæ quæ uix memoriã possunt excitare:
qua de cã utrũq; fiat cõsiderãdũ est:ut cognita cã:quas
uitemus:et quas sequamur imagĩes scire possimus. Do
cet igitur nos ipsa natura qđ oporteat fieri·Nã si quas
res ĩ uita uidemus paruas:usitatas:quotidianas memi=
nisse nõ solemus:propterea ꝙ nulla nisi noua:aut ad=
mirabili re cõmouetur aĩus:at si qđ uidemus:aut audi=
mus egregie:turpe:aut honestũ:ĩcredibile magnũ ridi
culũ id diu meminisse ꝯsueuimus·Itaq; quas res ante
ora uidemus: obliuiscimur plerũq;: quæ acciderũt in
pueritia meĩnimus optĩe et sæpe·nec hoc alia de cã põt
accidere:nisi ꝙ usitatæ res facile e mẽoria labũtur:insi
gnes:et nouæ diutius ĩ aĩo manẽt·Solis exortus:cursus:
occasus nemo admiratur:propterea qꝛ quotidie fiũt·at
eclypsim⁹ magis mirãtur:ꝙ lunæ:quoniã hæ crebriores
sũt·Docet ergo natura uulgari et usitata re nõ exuscita
ri:nouitate uero et ĩsigni quodã negocio cõmoueri·Imi
tatur ars igitur naturã:et qđ ea desiderat ĩueniet:si qđ

hæc ostendit sequatur. Nihil est enim quod aut natura extremũ inuenerit: aut doctrina primũ: quia rerũ principia ab ingenio profecta sunt: et ex eius disciplina cõparantur. Imagines igitur nos in eo genere constituere oportebit: quod genus in memoria diutissime possit remanere: id accidet: si q̃maxime notas similitudines constituemus: si nõ multas: nec uagas: sed aliquid agẽtes: imagines ponemus: si egregiã pulchritudinẽ: aut unicam turpitudinẽ eis attribuemus: si aliquas exornabimus: ut si corona aut ueste purpurea: quo nobis notatior sit similitudo: aut si aliquã rem deformabimus: ut si cruentam aut cœno oblitã: aut rubrica delibutã inducamus quo magis insignita sit forma: aut ridiculas res aliquas imaginibus attribuamus. Nam ea res quoq; faciet: ut facilius meminisse possimus. Nam quas res ueras facile meminerimus: easdem fictas: et diligẽter notatas meminisse nõ est difficile. Sed illud facere oportebit: ut identidẽ primos quosq; locos imaginũ renouãdarum causa celeriter animo peruagemus. Scio plerosq; græcos qui de memoria scripserũt fecisse ut multorum uerborũ imagines conscriberent: uti qui eas discere uellent paratas haberent ne quid inquirendo consumerent operæ. Quorum rationẽ aliquot de causis improbamus. Primũ ꝙ in uerborũ innumerabiliũ multitudine mille uerborũ imagines ridiculum sit comparare. Quãtulum enim poterit hæc ualere: cum ex infinita uerborũ copia modo unũ modo aliud nos uerbum meminisse oportebit? Deinde cur uolumus ab idustria quenq̃ remouere: ne quid ipse quærat: cum nos illi omnia parata quæ sitaq; tradamus? Præterea similitudi

ne alia alius magis commouetur. Nam ut sæpe formā siquam similem cuipiam dixerimus esse nō omnes habemus assensores: ꝗ aliis uidetur aliud. Item fit in imaginibus: ut quæ nobis diligenter notata sit ea parū uideatur insignis aliis: quare sibi quēq; commodo suo cōuenit imagines cōparare. Postremo præceptoris est docere quēadmodum quæri quicq; conueniat: & unū aliquid aut alterum non omnia quæ eius generis erūt exempli causa subiicere: quo res dilucidior esse possit: ut cum de procemiis quærendis disputamus: rationem damus quærendi: non mille procemiorum genera describimus: ita arbitramur de imaginibus fieri conuenire. Nunc ne forte uerborum memoriam aut nimis difficilem: aut parum utilem arbitreris: & ipsarū memoria rerū contentus sis: ꝗ & utiliores sint & plus habeant facultatis: admonēdus es: quare uerborum memoriam non improbemus: nā putamus oportere eos qui uelint res faciliores sine labore & molestia facile meminisse in rebus difficilioribus ante esse exercitatos. Nec nos hanc uerborum memoriam inducimus: ut uersus meminisse possimus: sed ut hac exercitatione illam rerum memoriam: quæ pertinet ad utilitatem confirmemus: ut ab hac difficili consuetudine sine labore ad illā facilitatem transire possimus. Sed cum in omni disciplina infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis: tum uero in memoriis minimū ualet doctrina nisi industria: studio: labore: diligētia comprobetur. Quāplurimos locos ut habeas et ꝗ maxime ad præcepta accommdatos curare poteris. In imaginibus collocandis exerceri quotidie cōuenit. Non enim

sicut a cæteris studijs abducimur nõnunq̃ occupatione: ita ab hac re nos potest causa deducere aliqua. Nunq̃ est enim quin aliquid memoriæ tradere uelimus: & tum maxime cũ aliqua maiore officio detinemur. Quare cum sit utile facile meminisse: non te fallit: quod tãtopere utile sit quanto labore sit appetendum. Quod poteris existimare utilitate cognita. Pluribus uerbis ad eam rem te adhortari non est sentẽtia: ne aut studio difficili: aut minus q̃ res postulat dixisse uideamur. De quarta parte rhetoricæ deinceps dicemus: tu primas quasq; partes frequẽta: & (quod maxime necesse est) exercitatione confirma.

MARCI TVLLII CICERONIS RHETORICORVM AD C. HERENNIVM. Liber quartus.

CVR SVIS EXEMPLIS VSVS SIT. Titu. primus

Voniam in hoc libro Herenni de elocutione conscripsimus: & quibus in rebus opus fuit exẽplis uti: nostris exẽplis usi sumus: & id fecimus præter consuetudinem græcorum: qui de hac re scripserũt: necessario faciendũ est: ut paucis rõnẽ nostri consilij demus. Atq; hoc nos necessitudine facere: non studio satis erit signi: q̃ in superioribus libris nihil neq; ante rem neq; præter rem locuti sumus. Nunc si pauca quæ res

postulat dixerimus tibi id quod reliquũ ẽ artis: ita uti instituimus persoluemus. Sed facilius nostrã rõnẽ intelliges: si prius q̃d illi dicãt cognoueris. Cõpluribus de causis putãt oportere: cũ ipsi præceperint: quo pacto oporteat ornare elocutionem: uniuscuiusq; generis ab oratore aut a poeta probato sumptũ ponere exemplũ. Et primũ se id modestia cõmotos facere dicũt propterea q̃ uideatur esse ostẽtatio quædã: nõ satis habere præcipere de artificio: sed ipsos etiã uideri uelle artificiose gignere exẽpla: hoc est inquiũt ostẽtare se: nõ ostẽdere artẽ. Quare pudor in primis est ad eã rẽ impedimẽto: ne nos solos probare: nos amare: uideamur: alios uero contẽnere & deridere. Etenim cũ possimus ab Ennio sumere aut a Graecho ponere exẽplũ: uidetur arrogãtia esse illa relinquere: & ad sua deuenire. Præterea exempla testimoniorũ locũ obtinẽt. Id enim quod admonuerit: & leuiter fecerit præceptio: exemplo sicut testimonio cõprobatur. Nõ igitur ridiculus sit: si q̃s in lite: aut in iudicio domesticis testimonijs pugnet? Vt enim testimonium: sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur. Nõ ergo oportet hoc nisi a probatissimo sumi: ne quod aliud confirmare debeat: egeat idipsum confirmatione. Etenim necesse est: aut se omnibus anteponant: & sua maxime probent: aut non negent optima esse exempla quæ a probatissimis oratoribus: aut a poetis sumpta sint. Si se omnibus anteponant: intolerabili arrogantia sunt: si quos sibi præponant: & eorum exempla suis exemplis non putent præstare: non possunt dicere quare sibi illos anteponãt. Quid igitur ipsa auctoritas antiquorũ? Nam cum res probabilior est:

tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit. Immo erigit omniũ cupiditates & acuit industriam: cum spes iniecta est posse imitãdo Gracchi: aut Crassi cõsequi facultatem. Postremo hoc ipsum est summum artificium: res uarias: & dispares in tot poematibus: et orationibus sparsas ac uage disiectas ita diligenter eligere: ut unũquodq; genus excẽplorũ sub singulos artis locos subijcere possis. Hoc si industria solum fieri posset: tamẽ essemus laudandi: cum talem laborem non fugissemus: nunc sine summo artificio fieri non potest. Quis enim est, qui cum summe nõ teneat artem possit ea que iubeat ars: de tanta & tam diffusa scriptura, notare & separare? Cæteri cum legunt orationes bonas: aut poemata: probant oratores: & poetas: neq; intelligunt quare commoti probent ꝙ scire non possunt ubi sit: nec quid sit: nec quomodo factũ sit: id quod eos maxime delectet. At is qui & hec omnia ĩtelligit: & idonea maxime eligit: & omnia in arte maxime scribenda redigit in singulas ratiões præceptionis: necesse est eius rei summus artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est in arte sua posse & alienis exemplis uti. Hec illi cum dicũt: magis nos auctoritate sua commouent: ꝗ̃ ueritate disputationis. Illud enim ueremur: ne cui satis sit ad contrariã rationẽ probandã: ꝙ ab ea steterint hi: qui inuctores huius artificij fuerunt & uetustate iam satis omnibus probati sint. Quod si illorum auctoritate remota: res omnes uolent cũ re comparare: intelligent non omnia cõcedenda eẽ antiq̃tati. Primum igitur quod ab eis de modestia dicitur: uideamus ne nimiũ inutiliter: & pueriliter proferatur. Nã

si tacere & nihil scribere modestia est: cur quicq̄ scri-
bunt: aut loquũtur? Sin aliquid suũ scribunt: cur quo
secius omnia scribant impediũtur modestia? Quasi si
quis ad olympiacũ uenerit cursum: & steterit ut emit-
tatur: impudentesq; illos dicat esse: qui currere cœpe-
rint: ipse intra carcerem stet: & narret aliis: quomodo
Ladas aut Boius: cum Sycioniis cursitarunt: sic isti cum
in artis curriculũ descenderint: illos qui in eo quod est
artificii elaborent: dicunt facere immodeste: ipsi aliquē
oratorem antiquum: aut poetam laudant: aut scriptu-
ram: sic ut in studium rhetoricæ artis prodire non au-
deāt. Non ausim dicere: sed tamen uereor ne qua in re
laudem modestiæ uenentur in ea ipsa re sint impudē-
tes. Quid enim tibi uis (aliquis inquiet) artem tuā scri
bis: gignis nobis nouas præceptiones: eas ipse confir-
mare non potes: ab aliis exempla sumis: uide ne facias
impudēter: qui tuo nomine uelis ex aliorum laboribus
libare laudem. Nā si eorum uolumina prænderint an
tiqui oratores & poetæ: & suum quisq; de libris eorũ
tulerit: nihil istis quod suum relinquetur. At exempla
quoniam testimoniorum similia sunt: item conuenit ut
testimonia ab hominibus probatissimis sumi. Primum
omniũ exempla ponētur hic: non confirmādi: neq; te-
stificandi causa: sed demonstrandi. Non enim cum di-
cimus esse exornationem: quæ (uerbi causa) constet ex
similiter desinētibus uerbis: & ponimus hoc exemplũ
a Crasso: quod possumus & debemus: testimoniũ collo
camus sed exemplũ. Hoc igitur interest inter exēplũ
& testimonium. Exemplo demonstratur cuiusmodi sit
id quod dicimus: testimonio esse illud: ita ut nos dici-

nus: confirmatur. Præterea testimoniũ oportet cum re conuenire: aliter enim rem non potest confirmare: at id quod illi faciunt cum re non conuenit. Quid ita? Quia pollicentur se artem scribere: exempla proferũt ab his plærunq; uel qui artem nescierunt? Tum quis est qui possit id quod de arte scripserit comprobare: nisi aliquid scribat ex arte? Contraq; faciunt qui polliceri uidentur: nam cum scribere artem instituunt uidentur dicere se excogitasse quod alios doceant: cũ uero scribunt: ostendunt nobis quid alij excogitauerĩt. At hoc ipsum est difficile: inquiunt: eligere de multis? Quid dicitis difficile: utrum laboriosum: an artificiosum? Si laboriosum: non statim præclarum. Sunt enim multa laboriosa quæ si faciatis non continuo gloriemini: nisi forte etiam si uestra manu fabulas: aut orationes totas trãscripseritis gloriosum putaueritis. Sin autem istud artificiosum egregium dicitis uidete ne insueti rerũ maiorum uideamini: si uos parua res sicuti magna delectat: nam isto modo eligere rudis quidẽ nemo potest: sed sine sũmo artificio multi. Quisq́s enim audiuit de arte paulo plus in elocutione præsertim: omnia uidere poterit ex arte quæ dicẽtur: facere nemo poterit nisi eruditus. Ita ut si de tragœdijs Ennij uelis sentẽtias eligere: aut de pecuniantis periodos: non quia qui plane rudis id facere nemo poterit: cum feceris te litteratissimum putes: ineptus sis? propterea ꝙ id facile faciat quis mediocriter litteratus. Item si cum ex orationibus: aut ex poematibus elegeris exempla: quæ certis signis artificij notata sunt: quia rudis id nemo facere possit:

Artificiosissime te fecisse putas: erras propterea φ ipso signo uidemus te non nihil eius rei scire: aliis signis te scire multa intelligimus. Quod si artificiosum est: intelligere quæ sunt ex arte scripta multo est artificiosius ipsum scribere ex arte. Qui enim scribet ipse artificiose ab illis commode scripta facile intelligere poterit: qui eliget facile: non continuo ipse commode scribet. Et si est maxime artificiosum alio tempore utātur ea facultate: non tum cum parere ipsi & gignere & proferre debent. Postremo in eo uim artificii consumant ipsi ab aliis potius eligendi q̄ aliorum boni electores æstimentur. Contra ea quæ ab his dicuntur qui dicunt alienis se exemplis uti oportere: satis est dictum. Nunc quæ separatim dici possint: consideremus. Dicimus igitur eos: tum ideo φ alienis utantur: peccare: tum etiam magis delinquære φ a multis exempla sumant. Sed de eo quod postea diximus ante uideamus. Si concederem aliena oportere sumere exempla uincerem unius oportere. Primum φ contra nulla staret eorum ratio: liceret enim eligere: & probare quemlibet qui sibi in omnes res suppeditaret exempla uel poetam uel oratorem: cuius auctoritate niterentur. Deinde interest magni eius qui discere uult utrum omnia ab uno: an omnia neminem: sed aliud alium putet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes unum consistere: ipse quoq; ad omniū nitetur facultatem: si id desperauerit in paucis se exercebit: ipsis enim cōtentus erit. Nec mirū cum ipse præceptor artis omnia penes unū reperire nō poterit. Allatis

igitur exemplis a Catone: a Gracchis: a Lælio: a Scipio-ne: Galba: Porcina: Crasso: Antonio: cæterisq; itē sumptis alijs a poetis: & historiarum scriptoribus: necesse erit eum qui discet ab omnibus putare omnia: ab uno poeta pauca uix potuisse sumi. Quare si se unius alicuius esse: similem satis habebit omnia quæ omnes habuerint solum habere se posse diffidet. Ergo inutile est ei qui discere uult: non putare unum omnia posse. Igitur nemo incidet in hanc opinionem si ab uno exempla sumpsissent. Nunc hoc signi est ipsos artis scriptores non putasse unum potuisse in omnibus elocutionis partibus emittere: quoniam neq; sua protulerunt: neq; unius alicuius aut deniq; duorum: sed ab omnibus oratoribus: & poetis exempla sumpserunt. Deinde si quis uelit artem demonstrare nihil prodesse ad dicendum: non male utatur hoc adiumento qꝫ unus omnes artis partes consequi nemo potuerit. Quod igitur iuuat horum rationem qui omnino improbent artem: id nonne ridiculum est ipsum scriptorem artis iudicio comprobare? Ergo ab uno docuimus sumēda fuisse exēpla si semper aliunde sumerentur. Nunc omnino sumenda non fuisse aliūde sic intelligemus. Primum omniū quid ab artis scriptore affertur exemplum: de eius artificio debet esse. Nonne si quis purpuram: aut aliud quippiam uendens dicat: sume a me: sed huius exemplum aliunde rogabo tibi: quod ostendam. Si merces ipsi qui uendiant aliunde exemplum quæritent mercis: aut si aceruos dicant se tritici habere: & eorum exemplum pugno non habent quod ostendant. Si triptolemus cum hominibus semen largiretur

ab illis hominibus id ipse mutuaretur: Aut si Prometheus cum mortalibus ignē diuidere uellet: ipse uicinijs cū testa ambulans carbunculos corrogaret: nō ridiculus uideretur? Magistri omniū dicendi praeceptores non uidētur sibi ridiculū facere: cum id quod alijs pollicētur ab alijs quaerunt. Si quis se fontes maximos penitus absconditos aperuisse dicat: et haec sitiens q̄ maxime loquatur: neq; habeat qui sitim sedet: non rideatur? Isti cū nō modo dominos se fontium: sed sese ipsos fontes esse dicāt & omniū rigare debeant ingenia: non putant fore ridiculum si cum id pollicentur arescant ipsi siccitate. Cares ab lisippo statuas facere nō isto modo didicit: ut Lisippus caput ostenderet miro manus brachia praxiteles: pectus policletus: sed omnia coram facientem magistrū uidebat: caeterorum opera uel sua sponte considerare poterat. Isti credunt eos qui hoc uelint discere alia rōne doceri posse cōmodius. Praeterea non possunt ea quidem quae sumūtur ab alijs exempla tam esse accōmodata ad artem. Propterea q̄ in dicendo leuiter unusquisq; locus plerūq; tāgitur ne ars appareat: in praecipiēdo expraesse cōscripta ponere oportet exempla: ut in artis formā conuenire possint: et post in dicēdo ne possit ars eminere & ab omnibus uideri: facultate oratoris occultatur. Ergo etiam ut magis ars cognoscatur suis exēplis melius est uti. Postremo haec quoq; res nos ducit ad hanc rationem: q̄ nomina rerum graeca: quae conuertimus ea remota sunt a consuetudine. Quae enim res apud nostros non erant: earum noīa non poterant esse usitata. Ergo haec asperiora primo uideantur necesse est: idq; fiet rei non nostra difficultate

reliquū scripturæ cōsumetur in exemplis: hæc aliena si posuissemus factū esset: ut quod cōmodi esset in hoc libro nostrū nō esset: quod asperius & inusitatū id proprie nobis attribueretur. Ergo hāc quoq; incōmoditatē fugimus his de causis: cū artis inuentionē græcorū probassemus. exēplorū rationē secuti nō sumus. Nunc tempus postulat ut ad elocutionis præcepta transeamus.

DE TRIBVS DICENDI FIGVRIS. Ti. secundus.

b Ipertita igitur erit nobis elocutionis præceptio: primū dicemus quibus in generibus semper ois oratoria elocutio debeat esse: deinde ostendemus quas res semper habere debeat. Sunt igitur tria genera: quæ genera nos figuras appellamus: in qbus ois oratio nō uitiosa cōsumitur: unā grauem: alterā medicorē: tertiā extenuatam uocamus. Grauis est quæ constat ex uerborū grauiū magna & ornata constructione. Mediocris est: quæ constat ex humiliore: neq; tamē ex infima: & peruulgatissima uerborū dignitate. Attenuata est quæ demissa est usq; ad usitatissimā puri consuetudinē sermonis. In graui consumetur oratio figura: siquæ cuiusq; rei poterunt ornatissima uerba reperiri: siue propria siue extranea unāquāq; in rem accōmodabūtur: & si graues sētētiæ quæ in āplificatiōe et cōmiseratione tractentur: eligētur: & si exornationes sētētiarū: aut uerborū quæ grauitatē habebunt: de qbus post dicemus: adhibebūtur. In hoc genere figuræ erit hoc exēplū. Nā quis est uestrum iudices

ꝗ satis idoneā possit in eū pœnā excogitare:ꝗ prodere
hostibus patriā cogitauit?Quod maleficiū cū hoc scele
re cōparari?Quod huic maleficio dignū suppliciū po
test inueniri?In his qui uiolassent ingenuā:matrē fami
lias cōstuprassent : pulsassent aliquē aut postremo ne-
cassent:maxia supplicia maiores cōsumpserūt:huic ue
ro truculentissimo : ac nefario facinori singularē pœ-
nam non reliquerunt.Atq; in alijs maleficijs ad singu
los:aut ad paucos ex alieno pctō iniuria peruenit : hu-
ius sceleris qui sunt affines omni cōsilio uniuersis ciui-
bus atrocissimas calamitates machinātur.O feroces ani
mos?O crudeles cogitationes?O derelictos hoīes ab hu
manitate?Quid agere ausi sunt?aut cogitare possunt?
quo pacto hostes reuulsis maiorum sepulchris deiectis
mœnibus ouantes irruerent in ciuitatē.Quomodo deū
spoliatis templis:optimatibus trucidatis:alijs arreptis
in seruitutem:matribusfamilias & ingenuis sub hosti
lem libidinem subiectis : urbs acerbissimo concidat in-
cendio conflagrata.Qui se non putant id quod uolue-
rint ad exitum perduxisse:nisi sanctissimæ patriæ mi
serandum sceleris tanti uiderint cinerem.Nequeo uer-
bis consequi iudices indignitatem rei : sed negligen-
tius id fero : quia uos mei non egetis.Vester enim uos
animus amantissimus reipubli.facile edocet ut eum
qui fortunas omnium uoluerit prodere : præcipitem
perturbetis ex ipsa ciuitate : quam iste hostium spurcis
simorum dominatu nefario uoluit obruere.In medioe
cri figura uersabitur oratio:si hæc ut ante dixi aliquā
tulum demiserimus : neq; tamen ad infimum descen-
derimus sic.Quibuscum bellum gerimus iudices ui

detis: cum sociis qui pro nobis pugnare & imperium nostrum nobiscũ simul uirtute et industria soliti sunt seruare. Hic cum se opes et suas et copiam necessariorũ norint: tum uero nihilominus propter propinquitatẽ: et omnium rerũ societatem: quid in omnibus rebus populus romanus posset: existimare poterant. Hi cum nobiscum deliberarent bellum gerere: quaeso quae res erat qua freti bellum suscipere conarentur: cum maximam multo sociorum partẽ in officio manere intelligerẽt? Cum sibi non multitudinem militum: non idoneos imperatores: nõ pecuniam publicam praesto esse uiderẽt? Non denique ullam rem: quae res pertinet ad bellum administrãdum. Si cum finitimis de finibus bellum gererent: si totum certamẽ in uno praelio positum putarẽt: tamẽ omnibus rebus instructiores et apparatiores uenirent: nedum cum illud orbis terrae imperium cui imperio omnes gentes: reges: nationes partim ui: partim uoluntate concesserunt (cum aut armis: aut liberalitate a populo romano superati essent) ad se transferre tantulis uiribus conarentur. Quaeret aliquis quid fregellani: non sua spõte conati sunt? Eo quidem isti minus facile conarẽtur: quod illi quẽadmodũ decidissent: uidebãt. Nam rerum imperiti qui uniuscuiusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possent: hi per imprudentiam facillime deducerentur in fraudem. At hi qui sciunt quid aliis acciderit facile ex aliorum euentu suis rationibus possint prouidere. Nulla igitur re inducti: nulla spe freti: arma sustulerunt. Quis hoc crederet tantam amentiam quenquam tenuisse: ut imperium populi Romani tentare auderet nullis copiis fretus? Ergo alis

quid fuisse necesse est: qd aliud nisi quod dico pōt esse?
In attenuato figuræ genere id quod ad infimū et quotidianum sermonem demissum est hoc erit exemplum.
Nam ut forte hic in balneas uenit: cœpit postq̄ perfusus: confricari. Deinde ubi uisum est: ut in alueū descenderet ecce ibi iste de transuerso: heus inquit adolescens: pueri tui modo me pulsarunt satisfacias oportet: hic qui id ætatis ab ignoto præter consuetudinē appellatus esset erubuit. Iste clarius eadē: & alia dicere cœpit: hic uix tandem inquit: sine me considerare. Tum uero iste cœpit clamare uoce ista: quæ perfacile cuiuis rubores inijcere posset: ita petulans es: atq̄ acer: ut ne ad solatium quidem (ut mihi uidetur) sed penes scænam: et in eiusmodi locis exercitatus sis. Conturbatus est adolescens: nec mirum cui etiam tunc pedagogi lites ad auriculas uersarentur improperio eiusmodi conuitiorū. Vbi enim iste uidisset scurram exhausto rubore qui se putaret nihil habere quod de æstimatione perderet: ut omnia sine famæ detrimento facere posset. Igitur genera figurarū ex ipsis exemplis intelligi poterūt. Erat enim attenuata uerborū constructio quædam: et alia in grauitate: alia posita in mediocritate. Est aūt cauendū ne dum hæc genera consectemur: in finitima & propinqua uitia ueniamus.

VITIVM AD GRAVEM FIGVRAM. Ti.iij.

n Am graui figuræ quæ laudāda est: propinqua est ea quæ fugiēda est: quæ recte uidebitur appellari: si suffulta nominabitur. Nam ut corporis bonā habitudinē tumor imitatur sæpe: ita

grauis oratio sæpe imperitis uidetur ea:quæ turget et inflata est: cũ aut nouis:aut priscis uerbis:aut duriter aliunde translatis:aut grauioribus:q̃ res postulat aliquid dicitur:hoc modo. Nam q perduellionibus uendidit patriã nõ satis supplicij dederit:si præceps in Neptũnias depultus erit lacunas. Pœnitet igitur istũ qui montes belli fabricatus est:cum campos sustulit pacis. In hoc genus plæriq; cum declinauissent:ut ab eo profecti sunt oberrauerunt:& specie grauitatis fallũtur: nec prospicere possunt orationis tumorem.

VITIVM MEDIOCRIS. Ti. iiij.

q Vi in mediocre genus oratiõis profecti sunt si peruenire eo nõ potuerũt:errãtes perueniunt ad confiniũ eius generis quod appellamus dissolutũ q͂ est sine neruis et articulis: ut hoc modo appellẽ fluctuãs eo q͂ fluctuat huc & illuc:nec potest cõfirmare:nec uiriliter sese expedire: id est hmõi. Socij nostri cũ belligerare nobiscũ uellent profecto ratiocinati essent etiã atq; etiã:q̃d possent facere:si q̃dem sua spõte facerẽt:& nõ haberẽt hinc multos malos homines:et audaces. Solẽt enim diu cogitare oẽs:qui magna negocia uolũt agere. Nõ potest hmõi sermo tenere attentum auditorẽ. Diffluit enim totus neq; quicq̃; cõpræhendẽs perfectis uerbis amplectetur.

VITIVM ATTENVATAE. Ti. quintus.

q Vi nõ possunt in illa facetissima uerborum attenuatõe cõmode uersari:ueniũt ad aridũ:

et exāgue genus orationis quod nō alienū est exile nominari cuiusmodi est hoc. Nā ille illic in balneis accessit:ad hunc: postea dixit:hic tuus seruus me pulsauit: postea dicit hic illi:cōsiderabo.post ille cōuitiū fecit:et magis magisq; præsentibus multis clamauit. Friuolus hic qdē iā:et illiberalis est sermo: nō enim adeptus est id:qđ habet attenuata figura puris uerbis:et electis cōpositā orationē. Omne genus oratiōis:et graue: et mediocre:et attenuatū dignitate afficiunt exornatiões: de qbus post loquemur:quæ si raræ disponētur distinctā: sicut ī coloribus:si crebræ collocabūtur obliquā reddūt orationē. Sed figurā ī dicēdo cōmutare oportet:ut grauem mediocris mediocrē excipiat attenuata. Deide idē tidem cōmutētur:ut facile satietas uarietate uitetur.

DE ORNAMENTIS. Ti.sextus.

q Voniā qbus ī generibus locutio uersari debeat dictū est:uideamus nūc quas res debeat habere elocutio. Cōmoda:& perfecta: quæ maxie ad cōmodū oratoris accōmodata est: tres res in se debet habere:elegātiā:cōpositionē:dignitatem.

DE ELEGANTIA. Ti.septimus.

e Legātia ē:quæ facit ut unūquodq; uerbū pure et aperte dici uideatur. Hæc diuiditur ī latinitatē et explanationē. Latinitas ē quæ sermonē cōseruat purū ab oī uitio rēotū. Vitia ī s̄mōe quo minus is latinus sit:duo possūt eē:soloecismus:et barba

rismus. Soloecismus est cum uerbis pluribus cõsequens uerbum superiori nõ accõmodatur. Barbarismus est: cũ uerbum aliquod uitiose profertur. Hæc qua ratione ui tare possimus in arte grãmatica dilucide dicemus. Explanatio est: quæ reddit apertam et dilucidã orationẽ. Ea cõparatur duabus rebus: usitatis uerbis et proprijs. Usitata sunt ea quæ uersantur in sermone: & consuetu dine quotidiana. Propria: quæ eius rei uerba sunt: aut esse possunt: de qua loquimur.

DE COMPOSITIONE. Ti. octauus.

C Ompositio est uerborum cõstructio æquabi liter perpolita. Ea conseruabitur: si fugie mus crebras uocaliũ concursiones: quæ uastã atq; hyantẽ reddũt orationẽ: ut hæc est. Vaccæ Aeneæ amœnissime impẽdebãt. Et si uitabimus eiusdẽ litteræ nimiã assiduitatẽ: cui uitio hic uersus erit exẽplo (nam hic nihil prohibet i uitijs: alienis uti exẽplo) O Tite tu te Tati tibi tãta tyranne tulisti: & hic eiusdem poetæ. Quicq̃ quisq̃ queq; q́sq; cõueniat neget. Et si eiusdẽ uerbi assiduitatẽ nimiã fugiemus. ea est huiusmodi: nã cuius rationis ratio non extet: ei rationi ratio non est fi dem habere. Et si non utemur continenter similiter ca dentibus uerbis hoc modo: flentes plorantes: obtestan tes: lachrymantes. Et si uerborum traiectionem uitabi mus: nisi quæ erit concinna qua de re postertus loque mur: quo in uitio est Cecilius assiduus: ut in priore libro. Has res ad te scriptas Luci misimus æli. Item fugere oportet longam uerborum continuationem

quæ & auditoris aures: & oratoris spiritũ lædit. His uitijs in compositione uitatis reliquum operis consumendum est in dignitate.

DE DIGNITATE. Ti. ix.

d Ignitas est: quæ reddit ornatã orationẽ uarietate distinguens. Hæc in uerborũ: & sententiarũ exornationẽ diuiditur. Verborum exornatio est: quæ ipsius sermonis insignita cõtinetur perpolitione. Sẽtẽtiarũ exornatio est: quæ nõ in uerbis: sed in ipsis rebus quandã habet dignitatem.

DE REPETITIONE. Ti. x.

r Epetitio est cum cõtinenter ab uno: atq; eodẽ uerbo in rebus similibus & diuersis pri cipia sumũtur: hoc modo. Vobis illud attribuendũ est. Vobis gratia habẽda. Vobis res ista erit honori. Item Scipio Numantiã sustulit. Scipio Carthaginem deleuit. Scipio pacem peperit. Scipio ciuitatem seruauit. Item. Tu in forum prodire? Tu lucem conspicere? Tu in horum conspectum conaris uenire? Audes uerbũ facere? Audes quicq; ab istis petere? Audes supplicium deprecari? Quid est: quod possis defendere? quid est quod tibi putes concedi oportere? Non iusiurandum reliquisti? Non amicos prodidisti? Non parenti manus intulisti? Non deniq; in omni dedecore uolutatus es? Hæc exornatio tum multũ uenustatis habet: tũ grauitatis: & acrimoniæ plurimũ. Quare uidetur

esse adhibēda: & ad ornandā: & exaugēdā orationē.

DE CONVERSIONE. Ti.xi.

c Onuersio est per quam non: ut ante: primū repetimus uerbum: sed ad postremum continenter reuertimur: hoc modo. Pœnos populus romanus iusticia uicit: armis uicit: libertate uicit. Item. Ex quo tempore cōcordia de ciuitate sublata est: respublica sublata est. Itē. C. Lælius homo nauus erat: īgeniosus erat: doctus erat: bonis uiris & studiosis amicus erat: ergo in ciuitate primus erat. Item. Nam cum istos ut absoluant te rogas: ut pereant rogas: ut æstimationem negligant rogas: ut leges populi romani tuæ libidini largiantur rogas.

DE COMPLEXIONE. Ti.xij.

c Omplexio est: quæ utrāq; complecttitur exornationem: & hanc: & quam ante exposuimus: ut & repetatur idem primū uerbū sæpius: & crebro ad idem postremum reuertatur: hoc modo: Qui sunt qui fœdera sæpe ruperūt? Carthaginenses. Qui sunt qui in Italia crudele bellū gesserūt? Carthaginenses. Qui sunt qui italiam deformauerūt? Carthaginenses. Qui sunt qui sibi postulant ignosci? Carthaginenses. Videte ergo quid conueniat eos impetrare. Item quem senatus damnarit: quem populus Romanus damnarit: quem omniū existimatio dānarit: cū uos sententijs uestris absoluitis?

DE TRADVCTIONE. Ti.xiij.

Raductio est: quæ facit ut cum idem uerbum crebrius ponatur: non modo non offendat animũ: sed etiam orationem concinniorem reddat: hoc modo. Qui nihil habet in uita iucũdius uita: is cum uirtute uitam non potest colere. Item. Hunc tu hominem appellas qui si fuisset homo nunq̃ tam crudeliter hominis uitã petisset. At erat inimicus: ergo sic inimicũ ulcisci uoluit ut ipse sibi reperiretur inimicus? Item. Diuitias sine diuitum esse: tu uero uirtutem præfer diuitijs. Nam si uelles diuitias cum uirtute comparare: uix satis idoneæ tibi uidebũtur diuitiæ quæ uirtutis pedissequæ sint. Ex eodem genere est exornationis: cum idem uerbum modo ponitur in hac re: modo in altera re ponitur: hoc modo. Cur eam rem tam studiose curas: quæ multas tibi dabit curas? Item. Nam amari iucundum est: si curetur ne quid insit amari. Item. Veniam ad uos si mihi senatus det ueniam. In his quattuor generibus exornationum quæ adhuc propositæ sunt non inopia uerborum fit: ut ad idem uerbum redeatur sæpius: sed inest festiuitas: quæ facilius auribus dijudicari: q̃ uerbis demonstrari potest.

DE CONTENTIONE. Ti.xiiij.

Ontentio est cũ ex cõtrarijs uerbis oratio cõ sficitur hoc modo. Habet assentatio iucunda principia eaq; exitus amarissimos affert.

Item. Inimicis te placabilem: amicis inexorabilem praebes. Item. In ocio tumultuaris: in tumultu solus es ociosus. In re frigidissima cales. In re feruentissima friges. Tacere cum opus est clamas: cum loqui cõuenit obmutescis. Ades: abesse uis: abes reuerti cupis. In pace bellum quaeritas: in bello pacem desideras. In cõctione de uirtute loqueris: in praelio per ignauiam tubae sonitũ perferre nõ potes. Hoc genere si distinguemus orationem: & ornati: & graues poterimus esse.

DE EXCLAMATIONE. Ti. xv.

e Xclamatio est: quae conficit significationẽ doloris: aut indignationis alicuius per hominis: aut urbis: aut loci: aut rei cuiuspiam compellationem: hoc modo. Te nunc alloquor Africane: cuius mortui quoq; nomen splendori: aut decori est ciuitati: tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatẽ. Item o perfidiosae Fregellae: q̃ facile scelere uestro contabuistis: ut cuius nitor urbis Italiam nuper illustrauit: eius nunc uix fundamentorum reliquiae maneant. Item. Bonorum insidiatores latrocinio uitam cuiusq; innocentissimi petistis. Tantane ex iniquitate iudiciorum uestris calumnijs assumitis facultatem? Hac exclamatione si loco utemur: & cũ rei magnitudo postulare uidebitur ad quam uolemus indignationẽ animũ auditoris adducemus.

DE INTERROGATIONE. Ti. xvi.

i Nterrogatio non omnis grauis est neq; concinna: sed haec quae cum enumerata sunt ea quae obessent causae aduersariorum: confirmat superiorem orationem:hoc pacto.Cum igitur haec omnia faceres:diceres: administrares:utrum animos sociorum ab republica remouebas: & alienabas:an non? & utrum aliquem exorari oportuit:qui ista prohiberet ac fieri non sineret:an non?

DE RATIOCINATIONE. Ti.xvij.

r Atiocinatio est per quam ipsi a nobis rationem poscimus quare quicq; dicamus:& crebro nosmet a nobis petimus uniuscuiusq; propositionis explanationem:ea est huiusmodi. Maiores nostri:si quam unius peccati mulierem damnabant simplici in iudicio multorũ maleficiorũ conuictam putabant.Quo pacto?Quoniã quam impudicam iudicarent:eam ueneficij quoq; damnatã existimabãt. Quid ita?Quia necesse est eam:quae suũ corpus addixerit turpissimae cupiditati:timere permultos.Quos?istos:uirũ pariter caeterosq; ad quos uidet sui dedecoris infamiã pertinere. Quid postea? Quos tãtopere timeat eos necesse est ut quoquo modo possit ueneficio petat.Qua re necesse est?Quia nulla potest honesta rõ eam retinere: quã magnitudo peccati facit timidã : intẽperãtia audacẽ:natura mulieris incõsideratã.Quid?quã ueneficij dãnabãt?Putabãt impudicã quoq; necessario. Quare? Quia nulla facilius ad id maleficium causa: q̃ turpis amor : & intẽperans libido cõmouere potuit:cũ cuius

animus mulieris esset corruptus: eius corpus castum esse non putauerunt. Quid in uiris? idem ne hoc seruabant? Minime. Quid ita? Quia uiros ad unumquodq; maleficium singulae cupiditates impellunt: mulieres ad omnia maleficia cupiditas una ducit. Itē. Bene maiores nostri hoc comparauerunt: ut neminē regē quē armis cepissent: uita priuarent. Quid ita? Quia quam nobis facultatem fortuna dedisset: iniquum erat in eorum supplicio consumere quos eadem fortuna paulo ante in amplissimo statu collocarat. Quid qui exercitum contraduxit? desino meminisse. Quid ita? Quia uiri fortis est qui de uictoria cōtendāt: eos hostes putare: qui uicti sunt eos hoīes iudicare. Quare? Vt possit bellum fortitudo minuere: pacē humanitas augere. Et ille si uicisset: num idē fecisset? Non profecto tam sapiēs fuisset. Cur igitur ei parcis? Quia talem stultitiā contēnere non imitari consueui. Haec exornatio ad sermonem uehemēter accōmodata est: & animum auditoris retinet attentum: tum uetustate sermonis: tum rationum expectatione.

DE SENTENTIA. Ti. xviij.

s Entētia ē oratio sumpta de uita: quae aut qd sit: aut quid eē oporteat in uita breuiter ostēdit: hoc modo. Difficile est primum uirtutes reuereri qui semper secunda fortuna sit usus. Itē liber is est existimandus: qui nulli turpitudini seruit. Item egens aeque est is qui nō satis habet: & is cui nihil satis potest esse. Itē optima uiuēdi rō est eligēda: cā iucūdā

cõsuetudo reddet. Hmõi sentẽtiæ nõ sunt improbãdæ: propterea ꝙ habet breuis expõsi rõnis nullius idiget magnã delectationẽ. Sed illud quoq; probãdũ est genus sentẽtiæ: quod cõfirmatur subiectiõe rõnis: hoc modo. Oẽs uiuendi rões in uirtute sunt collocandæ: propterea ꝙ sola uirtus in sua ptãte est. Oia præter eã sub iecta sunt sub fortunæ dominatiõe. Itẽ qui fortunis alicuius inducti amicitiã eius secuti sunt: hi simul ac fortuna dilapsa ẽ: deuolãt oẽs: cũ enim recessit ea res quæ fuit consuetudinis cã: nihil superest: quare in amicitia teneri possint. Sũt itẽ sniæ: quæ dupliciter efferuntur: hoc mõ. Sine rõne errãt: qui prosperis rebus oẽs impetus fortunæ se putãt fugisse. Sapiẽter cogitãt: q tẽporibus secũdis casus aduersos reformidãt. Cũ rõne: hoc pacto. Qui adolescẽtiũ peccatis ignosci putẽt oportere fallũtur: propterea ꝙ ætas illa nõ est ĩpedimẽto bonis studijs. At hi sapiẽter faciũt q adolescẽtes maxĩe castigãt: ut qbus uirtutibus oẽm uitam tueri possint: eas in ætate maturissima uelint cõparare. Sentẽtias interponi raro conuenirent rei actores nõ uiuẽdi præceptores uideamur esse. Quum ita interponẽtur multũ afferẽt ornamẽti. Necesse est enim eam comprobet tacitus auditor: cum ad causam uideat accommodari rem certam ex uita: & moribus sumptam.

DE CONTRARIO. Ti. xix.

Contrariũ est idẽ fere quod cõtentio. Contrarium est quod ex rebus diuersis duabus alteram breuiter & facile confirmat hoc pacto. Nam qui suis rationibus inimicus fuerit semper: cum

quo modo alienis rebus amicum fore speres? Et itē. Nā quem in amicitia perfidiosum cognoueris cum quare putes inimicitias cum fide habere posse? Aut qui priuatus intolerabili superbia fuerit: cum commodum: & sui cognoscentē uidere in potestate qui speret? Et qui in sermonibus: & conuentu amicorū: uerum non dixerit: nūquid cum in cōtionibus credis a mendacio temperaturum? Item quos ex collibus deiecimus: cum his in campo metuemus dimicare? Qui cum plures erāt paucis nobis exæquari nō poterāt: hi postq̄ pauciores sunt: metuemus ne sint superiores? Hoc orationis: genus breuibus & cōtinuatis uerbis perfectū esse debet: & commodum est auditu propter breuem & absolutam conclusionem: tum uero uehemēter id quod opus est oratori: comprobat contraria re: & ex eo quod dubiū nō est: expedit illud quod dubium est: ut aut dilui nō possit: aut multo difficillime possit.

DE MEMBRO. Ti. xx.

m Embrum orationis appellatur res breuiter absoluta sine totius orationis demōstratione: quæ denuo: alio mēbro orationis excipitur: hoc modo. Et iimico proderas (id est unū quod appellatur mēbrū: deinde hoc excipiatur oportet ab altero) & amicū lædebas. Ex duobus mēbris suis hæc exornatio potest cōstare. Sed cōmodissima: & absolutissima est hoc pacto: & inimico proderas & amicū lædebas: & tibiipsi nō cōsulebas. Itē. Nec reipublicæ cōsuluisti: nec amicis profuisti: nec inimicis restitisti.

ARTICVLVS GRAVIS.Ti.xxi.

a Rticulus dicitur: cum ſingula uerba interuallis diſtinguuntur cæſa oratione hoc modo. Acrimonia: uoce: uultu: aduerſarios perterruiſti. Item. Inimicos inuidia: iniurijs: potentia: perfidia ſuſtuliſti. Inter huius generis & illius ſuperioris uehementiam hoc intereſt: ꝙ illud tardius] et rarius uenit: hoc crebrius: & celerius peruenit. Itaqꝫ in illo genere: ex remotione brachij et contortione dextræ gladius ad corpus afferri: in hoc autem crebro & celeri corpus uulnere inſautiari uidetur.

CONTINVATIO MEDIOCRIS.Titulus.xxij.

c Ontinuatio eſt denſa: & continens frequentatio uerborum cum abſolutione ſententiarum. Ea utemur commodiſſime tripertito. In ſententia: in contrario: in concluſione. In ſententia hoc pacto. Ei non multum poteſt obeſſe fortuna: qui ſibi in uirtute firmius: q̃ꝫ in caſu præſidium collocauit. In contrario: hoc modo. Nam ſi quis ſpei non multum collocarit in caſu: quid eſt quod ei magnopere caſus obeſſe poſſit? In concluſione hoc pacto. ꝙ ſi in eos plurimum fortuna poteſt: qui ſuas rationes omnes in caſum intulerunt: non ſunt omnia cõmittenda fortunæ: ne magnam nimis in nos habeat poteſtatem. In his tribus generibus ad cõtinuationis uim: adeo frequentatio eſt neceſſaria: ut infirma facultas oratoris uideatur niſi ſententiã: &

contrariũ:et conclusionẽ frequẽtibus offerat uerbis:sed pro alijs quoq; nõnũq̃ nõ alienũ est:tametsi necesse nõ est eloqui res aliquas per huiusmodi continuationes.

COMPAR GRAVE. Ti. xxiij.

C Ompar appellatur:quod habet in se membra orationis de q̃bus antea diximus:quæ cõstant ex pari fere nũero syllabarũ. Hoc non dinumeratione nostra fiet:nã id q̃dẽ puerile est:sed tãtum affert usus & exercitatio facultatis ut animi quodam sensu par mẽbrũ superiori referre possimus: hoc modo. In prælio mortem pater oppetebat: domi filius nuptias comparabat:hæc oĩa graues casus administrabant. Itẽ. Illi fortuna dedit felicitatẽ:huic idustria uirtutẽ cõparauit. In hoc genere sæpe fieri põt ut non plane par sit numerus syllabarũ:& tamẽ esse uideatur si una aut altera etiã syllaba est alterũ altero breuius:aut si cũ in altero plures sunt in altero lõgior:aut longiores syllabæ erũt ut lõgitudo aut plenitudo harũ:multitudinem alterius assequatur:& exæquet.

SIMILITER CADENS. Ti. xxiiij.

S Imiliter cadẽs exornatio dicitur:cũ in eadẽ cõstructione uerborũ duo aut plura sunt uerba:quæ similiter ijsdẽ casibus efferũtur:hoc modo. Hoiem laudas egentẽ uirtutis:abũdantẽ felicitatis. Itẽ huius in pecunia spes est: a sapiẽtia est animus remotus. Diligẽtia cõparat diuitias; negligẽtia corrũ

pit animũ: & tamẽ cum ita uiuit: neminem præ se ducit hominem.

SIMILITER DESINENS. Ti. xxv.

S Imiliter desinẽs est: cũ tametsi casus non insunt in uerbis: tamẽ similes exitus sunt: hoc pacto. Turpiter audes facere: nequiter studes dicere: uiuis inuidiose: delinquis studiose: loqueris odiose. Itẽ audacter territas: humiliter placas. Hæc duo genera quorũ alterũ in exitus: alterũ in casus similitudine uersatur: inter se uehemẽter cõueniunt: & ea re q iis utũtur: plærũq; simul collocãt ea in iisdẽ partibus orationis: id hoc pacto facere oportet. Perditissima ratio est amorẽ petere: pudorẽ fugere: diligere formã: negligere famã. Hic & ea uerba quæ casus habent ad casus similes: & ea quæ nõ habent: ad similes exitus ueniunt.

ANNOMINATIO HVMILIS. Ti. xxvi.

A Nnominatio est: cum ad idem uerbũ & nomen acceditur commutatione uel additione unius litteræ: aut litterarũ: aut ad res dissimiles similia uerba accõmodantur. Ea multis et uariis rõnibus cõficitur. Attenuatione aut cõplexione eiusdẽ litteræ sic. Hic q se magnifice iactat: uenit ad te antequã Romam uenit. Ex cõtrario sic. Hic quos hoies alea uicit eos ferro stati uincit. Productione eiusdem litteræ: hoc mõ. Hũc auiũ dulcedo ducit ad auiũ. Breuitate eiusdẽ litteræ: hoc mõ. Hic tãetsi uidetur eẽ honoris cupidus

tamen non tantum curiam diligit:quantũ curiam. Ad-
dendis litteris hoc pacto. Hic ſibi poſſet temperare:niſi
amori mallet obtemperare. Demendis litteris ſic: ſi le-
nones quemadmodum leones uitaſſet uitæ tradidiſſet
ſe. Tranſſerendis litteris hoc pacto. Hic iudices uidete
utrum homini nauo an uano credere malitis. Commu-
tandis hoc modo. Deligere oportet quem uelis dilige-
re. Hæ ſunt annominationes quæ in litterarum breui
cõmutatione:aut productione:aut tranſlatione:aut ali-
quo huiuſmodi genere uerſantur. Sũt autem aliæ quæ
non habent tam propinquam uerbi ſimilitudinem:&
tamen diſſimiles non ſunt:quibus de generibus unum
eſt huiuſmodi. Quid ueniam: qui ſim: quare ueniam:
quem inſimulem:cui proſim:quem poſtulẽ: breui co-
gnoſcetis. Nam hic eſt in quibuſdam uerbis quædam
ſimilitudo non tam affectanda q̃ illæ ſuperiores:ſed
tamen adhibenda nõnunq̃. Alterum genus huiuſmo-
di. Demus operam Quirites: ne oĩno. P. C. circũſcripti
putentur. Hæc annominatio magis accedit ad ſimilitu
dinem q̃ illa ſuperior: ſed minus qui illæ ſuperiores:
propterea ꝙ non ſolum additæ:ſed uno tempore dem-
ptæ quoq; litteræ ſunt. Tertium genus eſt quod uerſa-
tur in caſuum cõmutatione aut unius aut plurium no-
minum. Vnius nominis: hoc modo. Alexander Mace-
do ſummo labore animum ad uirtutes a pueritia con-
firmauit. Alexandri uirtutes per orbem terræ cum lau
de & gloria uulgatæ ſunt. Alexandrũ omnes maxime
metuerant. Item plurimum dilexerũt Alexandro ſi ui-
ta longior eſſet oceanum Macedonum nomen tranſuo
laſſet. Varie hoc unum nomẽ in commutatione caſuum

uolutatum est. Plura nomina casibus commutatis: hoc modo facient annominationem. Tiberium Gracchum rempublicam administrantẽ prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. C. Graccho occisio est oblata: quæ reipublicæ uirum amantissimum subito de sinu ciuitatis eripuit. Saturninum fide captum maiorum natu perfidia per scelus uita priuauit: tuus o Druse sanguis domesticos parietes: & uultum parentis aspersit. Sulpitio cui pauloante omnia concedebant: cum breui spacio non modo uiuere: sed etiam sepeliri prohibuerũt. Hæc tria genera proxima exornationum: quorum unum in similiter cadentibus: alterum in similiter desinentibus uerbis tertium in annominationibus positũ est: per raro sumenda sunt: cum in ueritate dicimus: propterea ꝙ non hæc uidentur reperiri posse sine elaboratione & cõsumptione operæ: huiusmodi autem studia ad delectationem q̃ ad ueritatẽ uidentur accõmodatiora: quare fides & grauitas & seueritas oratoria minuitur his exornationibus frequenter collocatis & non modo tollitur auctoritas diendi: sed offenditur quoq; in eiusmodi oratione auditor: propterea ꝙ est in his lepos et festiuitas nõ dignitas neq; pulchritudo. Quare quæ sunt ampla & pulchra diu placere possunt: quæ lepida & concinna cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimũ. Quo modo igitur: si crebro his generibus utemur puerili uidebimur elocutione delectari: Ita si raro interseremus has exornationes: & in causa tota uarie dispergemus commode luminibus distinctis illustrabimus orationem.

DE SVBIECTIONE. Ti.xxvij.

Ubiectio est: cũ interrogamus aduersarios aut quærimus ipsi quid ab illis aut quid contra nos dici possit: deinde subiicimus id quod oportet dici: aut quod nõ põt: aut nobis adiumẽto futurum sit: aut offuturũ ex cõtrario: hoc modo. Quæro igitur unde iste tã pecuniosus sit factus? Amplũ patrimonium relictũ est? At patris bona uenierunt. Hæreditas aliqua obuenit? non potest dici: sed a necessariis omnibus exhæredatus est. Præmiũ aliquod ex lite: aut iudicio cepit? nõ modo id nõ fecit: sed etiã insuper ipse grandi sponsione uinctus est. Ergo si is rõnibus locupletatus non est: sicut oẽs uidetis: aut isti domi nascitur aurũ aut unde nõ est licitũ capit. Itẽ sæpe iudices, aiaduerti multos aliqua ex honesta re: quã ne inimici quidẽ criminari possint: sibi præsidiũ petere: quorũ nihil põt aduersarius facere. Nã utrũ ad patris uirtutẽ cõfugiet? at eum uos iurati capite dãnastis. An ad suã antiquam reuertetur uitã alicubi honeste tractatã. At hic quidẽ ante oculos uestros quõo uixerit scitis oẽs. An cognatos suos enumerabit: quibus uos cõueniat cõmoueri? At hi quidem nulli sunt. Amicos proferet. At nemo est qui sibi non putet turpe istius amicũ noĩari. Item. Credo amicũ quẽ innocentẽ putabas in iudiciũ adduxisti? Non: nã indẽnatũ necasti. Leges quæ id facere prohibẽt ueritus est? At ne scriptas quidẽ iudicasti. Cũ ipse te ueteris amicitiæ cõmoneret cõmotus es. At nihilominus sed etiam studiosius occidisti. Quid? cũ tibi pueri ad pedẽ uolutarẽtur misericordia cõmotus es? At eorum patrẽ crudelissime quoq; sepultura prohibuisti. Multũ inest acrimoniæ & grauitatis in hac exornatione: propterea quod cũ quæ

situm est qd oporteat subijcitur id nõ esse factũ: quare facillime fit:ut augeatur indignitas negocij. Ex eodẽ genere (ut ad nostrã quoq; personã referamus) subiectionẽ sic facimus. Nã qd me facere conuenit: cũ a tãta Gallorũ multitudine circũsiderer? An dimicarẽ? At cũ parua manu tum prodiremus: locũ quoq; inimicissimũ habebamus: neq; erat quo uitã producerẽ. Castra relinquerẽ: at obsidebamur? uitã militum negligerẽ? At eos uidebar ea accepisse cõditione: ut eos quoad possem incolumes patriæ & parẽtibus cõseruarẽ. Hostiũ ditionẽ repudiarẽ? At salus antiquior est militũ q̃ impedimẽtorũ. Eiusmodi cõsequũtur idẽtidẽ subiectiones: ut ex oĩbus ostendi uideatur nihil potius q̃ quod factum sit faciundum fuisse.

GRADATIO. Ti. xxviij.

Gradatio est: in qua non ante ad consequens uerbum descenditur: q̃ ad superius conscensum est: hoc modo. Nam quæ reliqua spes libertatis manet: si illis & quod libet licet: & quod licet possunt: & quod possunt audent: & quod audent faciunt: & quod faciũt uobis molestũ nõ est? Item. Nõ sensi hoc et nõ suasi: neq; ipse facere cœpi: & non perfeci: et nõ probaui. Itẽ. Africano uirtutẽ industria: uirtus gloriã: gloria æmulos cõparauit. Itẽ. Imperiũ Græciæ fuit penes Athenienses: Atheniensium potiti sunt Spartiatæ: Spartiatas superauere Thebani: Thebanos Macedones uicerunt: qui ad imperium græciæ breui tẽpore adiũxerũt Asiã bello subactam. Habet in se

quendam leporem superioris cuiusq; crebra repetitio uerbi: quae propria est huius exornationis.

DEFINITIO.TI.xxviij.

d Efinitio e:quae rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter et absolute:hoc modo. Maiestas reipublicae est in qua continetur dignitas & amplitudo ciuitatis. Item:iniuriae sunt quae aut pulsione corpus:aut conuitio aures:aut aliqua turpitudine uitam cuiuspiam uiolant. Item nō est ista diligentia:sed auaricia:eo q diligentia est accurata cōseruatio suorum. Auaricia iniuria appetitio aliorum. Item non est ista fortitudo:sed temeritas: propterea q fortitudo est contemptio laboris & periculi cum ratione utilitatis & compensatione cōmodorum. Temeritas est considerata dolorum perpensione gladiatoria periculorum susceptio. Haec igitur cōmoda putatur exornatio:q oēm rei cuiuspiā uim et ptātē ita dilucide proponit:et breuiter explicat ut neq; pluribus uerbis oportuisse dici uideatur:neq; lucidius potuisse dici putetur.

DE TRANSITIONE. Titu.xxix.

t Ransitio uocatur:quae cum ostendit breuiter quod dictū sit:proponit item breuiter quod consequatur:hoc modo. In patriam cuiusmodi fuerit habetis:nunc in parentes qualis extiterit considerate. Item mea in istum beneficia cognoscitis: nunc quomodo iste mihi gratiam retulerit accipite. Proficit

hæc aliquantulũ exornatio ad duas res: nã & quid dixerit cõmonet: & ad reliquũ: cõparat auditorem.

CORRECTIO. Ti.xxx.

c Orrectio est: quæ tollit id quod dictũ est: & pro eo id quod magis idoneum uidetur reponit: hoc pacto: ꝙ si iste suos hospites rogasset: immo innuisset: modo hoc facili perfici possset. Item. nanq; postq̃ isti uicerunt: immo uicti sunt: nam quomodo uictoriam appellem quæ uictoribus plus calamitatis: q̃ boni dederit? O uirtutis comes inuidia: quæ bonos insequeris: plærunq;: immo insectaris. Commouetur hoc genere animus auditoris: res enim cõmuni uerbo elata tantũmodo dicta uidetur: ea post ipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronunciatione. Non igitur satius esset: dicet aliquis: ab initio: præsertim cum scribas ad optimum: & electissimum uerbum deuenire? Est cum non est satius: si commutatio uerbi id erit demonstratura huiusmodi rem esse: ut cũ eam communi uerbo appellaris: leuius dixisse uidearis: cum ad electius uerbum accedas insigniorẽ rem facias: ꝙ si cõtinuo uenisses ad id uerbum: nec rei: nec uerbi gratia animaduersa esset.

OCCVPATIO. Ti.xxxi.

c Cupatio est: cũ dicimus nos præterire: aut non scire: aut nolle dicere id quod tunc maxime dicimus: hoc modo. Nam de pueritia

quidem tua: quam tu omniũ intemperantiæ addixisti: diceremus si hoc tempus idoneum putarem: nunc consulto relinquo. Et illud prætereo ꝙ rei militaris te infrequentem tradidisti. Deinde ꝙ fecisti iniuriarum satis labeoni: nihil ad hanc rem pertinere puto: horum nihil dico: reuertor ad illud de quo iudicatum est. Item non dico te ab socijs pecunias accepisse: non sum in eo occupatus: ꝙ ciuitates: regna: domos: omnium depeculatus es: furta: rapinas omnes tuas omitto. Hæc utilis est exornatio: si aut rem quam non pertineat alijs ostendere: occulte admonuisse prodest: aut longum est: aut ignobile: aut planum non potest fieri: aut facile potest repræhendi: aut utilius sit occulte fecisse suspitionem: q̃ꝫ huiusmodi intendisse orationem: quæ redarguatur.

DISIVNCTIO. Titu. xxxij.

d Isiunctio est cum eorum de quibus dicimus: aut utrunqꝫ: aut unũquodqꝫ certo cõcluditur uerbo: sic. populus Romanus Numantiam deleuit: Carthaginem sustulit: Corinthum disiecit. Fregellas euertit: nihil Numantinis uires corporis auxiliatæ sunt: nihil Carthaginensibus scientia rei militaris adiumento fuit: nihil Corinthijs erudita calliditas præsidij tulit: nihil Fregellanis morum & sermonis societas opitulata est. Item formæ dignitas: aut morbo deflorescit: aut uetustate extinguitur. Hic utrunqꝫ: & in superiore exemplo: unãquãqꝫ rem certo uerbo concludi uidemus.

CONIVNCTIO. Ti.xxxiij.

c Oniũctio est cũ interpositione uerbi:& superiores partes orationis compræhẽdũtur: & inferiores:hoc modo. Formæ dignitas: aut morbo deflorescit:aut uetustate.

ADIVNCTIO. Ti.xxxiiij.

a Diunctio est cũ uerbũ quo res compræhenditur nõ interponimus .sed aut primũ:aut postremũ collocamus. Primũ hoc pacto. Deflorescit formæ dignitas: aut morbo:aut uetustate. Postremũ sic:aut morbo:aut uetustate:formæ dignitas deflorescet. Ad uetustatem disiũctio est apposita. Quare rarius utemur ea:ne satietatem pariat. Breuitatem parit coniunctio: Quare sæpius adhibenda est: hæq; tres exornationes de simplici genere manant.

CONDVPLICATIO. Ti.xxxv.

c Onduplicatio est:cũ rõne amplificationis aut commiserationis:eiusdẽ unius aut plurium uerborũ iteratio:hoc modo. Tumultus C. Gracchi:tumultus domesticos & intestinos comparauit. Item cõmotus non es:cũ tibi pedes mater amplexaretur:nõ es cõmotus. Item nunc etiã audes in horum conspectum uenire proditor patriæ:proditor inquam patriæ uenire audes in horum conspectum? Vehementer auditorem commouet eiusdem reintegratio uerbi:

et uulnus maius efficit i cõtrario causæ: quasi aliquod telũ sæpius perueniat in eandẽ partem corporis.

INTERPRAETATIO. Ti.xxxvi.

i Nterpraetatio est: quæ nõ iterans idem reintegrat uerbum: sed id commutat quod positum est alio uerbo quod idẽ ualeat: hoc modo. Rempublicam radicitus euertisti: ciuitatem funditus deiecisti: patrem nefarie uerberasti: parenti manus scelerate intulisti. Necesse est eius qui audit animũ commoueri: cum grauitas prioris dicti renouatur interpraetatione uerborum.

COMMVTATIO. Ti.xxxvij.

c Ommutatio est cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transitione ita efferũtur ut a priore posterior contraria priori proficiscatur: hoc modo. Esse oportet ut uiuas: non uiuere ut edas. Item. Ea re poemata non facio: quia cuiusmodi uolo non possum: cuiusmodi possum nolo. Item. Quæ de illo dicuntur dici non possunt: quæ dici possunt nõ dicuntur. Item. Poema loquens pictura est: tacitum poema pictura debet esse. Item. Si stultus es ea re taces: non tamen si taces ea re stultus es. Non potest dici q3 commode fiat cum contrariæ sententiæ translatione: uerba quoq; conuertantur. Plura subiecimus exempla: ut quoniam difficile est hoc genus exornationis inuentu: lucidum esset: ut cum bene esset intellectum faci

lius in dicendo inueniretur.

PERMISSIO. Titu. xxxviij.

P Ermissio est cũ ostendimus in dicendo nos aliquam rem totã tradere & concedere alicuius uoluntati: sic. Quoniã omnibus rebus surreptis solũ mihi superest animus & corpus: hæc ipsa de multis quæ mihi sola relicta sũt uobis & uestræ condono potestati. Vos me quo pacto uobis uidetur utamini: atq; abutamini: licebit ĩpune: in me quid libet statuite: dicite atq; obtemperabo. Hoc genus tametsi alias quoq; nõnunq̃ tractandũ: est tamẽ ad misericordiam cõmouendã uehemẽtissime est accõmodatum.

DVBITATIO. Titu. xxxix.

D Vbitatio est cũ quærere uidetur orator utrũ de duobus potius: aut quid de pluribus potissimũ dicat: hoc modo. Obfuit eo tempore plurimũ reipublice consulum: siue stultitiã: siue malitiam dicere oportet: siue utrũq;. Item tu istud ausus es dicere: homo omniũ mortaliũ. Nam quo te digno moribus tuis appellem nomine?

EXPEDITIO. Titu. xl.

E Xpeditio est cũ rõnibus cõpluribus enumeratis qbus aliqua res: aut fieri aut non fieri potuerit: cæteræ tollũtur: una relinquitur: quã nos intẽdimus: hoc modo. Necesse est cum constet

istum nostrũ fundũ fuisse ostendas te:aut uacuũ posse disse:aut usu tuũ fecisse:aut emisse:aut hæreditate tibi uenisse. Vacuũ cũ ego adessem possidere non potuisti: tuũ etiã nũc usu fecisse nõ potes:emptio nulla profertur:hæreditate tibi:me uiuo:mea pecunia uenire nõ potuit. Reliq̃tur ergo ut me ui de meo fũdo deieceris. Hæc exornatio plurimũ iuuabit cõiecturales argumẽtationes:sed non erit tanq̃ in plærisq; ut cũ uelimus ea possimus uti:nam facere id non poterimus:nisi nobis ipsa negocij natura dabit facultatem.

DISSOLVTIO. Ti.xli.

d Issolutio est quæ cõiũctionibus uerborũ e medio sublatis partibus separatis effertur hoc mõ. Gere morẽ parenti:pare cognatis. obsequere amicis:obtẽpera legibus. Itẽ descẽde in integrã defensionẽ:noli quicq̃ recusare:da seruos in questiones:stude uerũ inuenire. Hoc genus & acrimoniã habet:& uehemẽtissimũ est:& ad breuitatẽ accõmodatũ.

PRAECISIO. Titu.xlij.

p Ræcisio est cũ dictis q̃busdã reliquũ: quod cœptũ est dici relinq̃tur inchoatũ sic. Mihi tecũ præcertatio nõ est:iõ q̃ popu. Ro. me: nolo dicere:ne cui forte arrogãs uidear. te autem sæpe ignominia dignũ putauit. Itẽ tu istud nũc audes dicere q̃ nuper alienæ domui:nõ ausim dicere:ne cũ te digna dixero me indignum cuipiã dixisse uidear. Hic

atrocior tacita suspitio q̄ꝫ diserta explanatio facta est.

CONCLVSIO. Titu.xliij.

c Onclusio est quæ breui argumētatione ex his: quæ ante dicta sunt: aut facta conficit quod necessario cōsequitur: hoc mō. Quod si Danais datum erat oraculum nō posse capi Troiam sine Philoctetæ sagittis: hæ aūt nihil aliud fecerūt: nisi Alexandrū perculerunt: hunc extinguere id nimirum fuit capi Troiam. Restant etiam decem exornationes uerborum: quas iccirco nō uage dispersimus: sed a superioribus separauimus: ꝙ omnes in uno genere positæ sunt: nam eorum omniū hoc proprium est: ut ab usitata uerborum potestate recedatur: atqꝫ in aliam rationem cum quadam uenustate oratio conferatur.

NOMINATIO GRAVIS. Ti.xliiij.

d E quibus exornationibus nomīatio est prima: quæ nos admonet: ut cui rei nomē: aut non sit: aut satis idoneum non sit. eam nos met idoneo uerbo noīemus: aut imitationis: aut significationis causa. Imitationis hoc modo. Et maiores rudere: uagire: murmurare & sibilare appellauerunt. Significandæ rei causa: sic. Postq̄ꝫ iste in rempu. fecit impetum: fragor ciuitatis in primis est auditus. Hoc genere raro ē utēdū ne noui uerbi assiduitas odiū pariat: sed si cōmode quis ea ītatur: & raro nō modo nō offendet nouitate etiam sed exornabit orationem.

PRONOMINATIO. Titu.xlv.

p Ronominatio est quæ sicuti cognoie quodã extraneo demõstrat id quod suo nomine nõ possit appellari. Vt si quis dũ loquitur de Gracchis: at nõ Aphricani nepotes inqt: istiusmodi fuerũt. Itẽ si qs de aduersario dicat. Videte nũc inqt iudices: queadmodũ Plagiosippus iste tractarit: hoc pacto nõ inornate poterimus: & in laudãdo: & lædendo in corpore: aut aio: aut extraneis rebus dicere: sicuti cognomen quod pro certo nomine collocemus.

DENOMINATIO. Ti.xlvi.

d Enoiatio est: quæ a propinquis et finitimis rebus trahit orationẽ: qua possit intelligi res: quæ nõ suo uocabulo sit appellata. Ista aut ab inuẽtore cõficitur: ut si de Tarpeio loquẽs eum capitolinũ noiet. Aut ab inuẽto: ut si qs pro Libero uinũ. pro Cerere frugẽ appellet. Aut ab instrumẽto dominũ: ut si qs Macedonas appellarit: hoc mõ. Nõ tamẽ cito Sarissæ Græcia potitæ sunt: aut idẽ Gallos significãs dicat: nec tamẽ facile ex Italia armatura trãsalpina depulsa est. Aut id quod fit ab eo q facit: ut si qs cũ bello uelit ostẽdere aliquid quẽpiã fecisse dicat. Mars istud necessario te facere coegit: aut si quod facit: ab eo quod fit: ut cũ desidiosam artẽ dicemus: qa desidiosos facit: & frigus pigrũ: quia pigros facit. Ab eo quod cõtinet id quod cõtinetur: hoc modo denominabitur. Armis Italia non potest uinci: nec Græcia disciplinis.

Nā hic pro Graecis:& Italis:quae cōtinent notata sunt. Ab eo quod contineatur id quod continet:ut si quis aurum:uel argentum:aut ebur nominet:cum diuitias uelit nominare. Harum omniū denominationum magis in praecipiendo diuisio : q̄ in inquirendo difficilis inuentio est:ideo ꝙ plena consuetudo est:non modo poetarum:& oratorum:sed etiam quotidiani sermonis huiusmodi denominationum.

CIRCVITIO. Titu.xlvij.

c Ircuitio est oratio rē simplicem assumptione circūscribēs elocutione hoc pacto. Scipionis prouidētia. Carthaginis opes fregit:nā hic nisi ornandi ratio quaedam esset habita. Scipio potuit & Carthago simpliciter appellari.

TRANSGRESSIO. Titu.xlviij.

t Ransgressio est:quae uerborū perturbat ordinem traiectione:aut peruersione. Peruersione sic. Hoc uobis arbitror:deos immortales dedisse pietate pro uestra. Traiectione:hoc modo. Instabilis in istum plurimum fortuna ualuit. Omnes inuidiose eripuit tibi bene uiuendi casus facultates. Huiusmodi traiectio quae rem non reddit obscuram multū proderit ad continuationes de quibus ante dictum est: in quibus oportet uerba sint ad poeticum quendam extructa numerum:ut perfecte & perpolitissime possint esse absolutae.

SVPERLATIO. Titu.xlix.

s Vperlatio est oratio superans ueritatem alicuius augendi minuendiue causa. Hæc sumitur separatim aut cum comparatione. Separatim sic. ꝙ si concordiam retinebitis in ciuitate imperij magnitudinem solis ortu atq; occasu metiemur. Cum comparatione aut a similitudine: aut a præstantia superlatio sumitur. A similitudine sic. Corpore niueum candorem; aspectu igneum ardorem assequebatur. A præstantia: hoc modo. Cuius ore melle dulcior sermo profluebat: ex eodem genere hæc est. Tãtus erat in armis splendor: ut solis fulgor obscurior uideretur.

INTELLECTIO. Titu.l.

i Ntellectio est cum res tota parua de parte cognoscitur: aut de toto pars. De parte totum sic intelligitur. Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant. Nam hic omnis sanctimonia nuptiarũ uno signo intelligitur. De toto pars: ut si quis ei: qui uestitum: aut ornatũ sumptuosum ostẽdit: dicat: ostentas mihi diuitias: & locupletes copias iactas. Ab uno plura: hoc modo. Pœno fuit Hispanus auxilio: fuit immanis ille transalpinus: in Italia quoq; sensit non nemo togatus idem. Vnum a pluribus sic ĩtelligitur. Atrox calamitas pectora mœrore pulsabat: Itaq; anhelans ex imis pulmonibus præcura spiritus ducebatur. Nam in superioribus plures Hispani: & Galli: & togati: & hic unum pectus: & unus pulmo

intelligitur:& erit ille diminutus numerus festiuitatis:hic adauctus grauitatis gratia.

ABVSIO.Titu.li.

a Busio est quæ uerbo simili: & propinquo pro certo: & proprio abutitur: hoc modo. Vires hominis breues sunt: aut parua statura:aut longum in homine consilium:aut oratio magna:aut uti pauco sermone.Nam hic facile est intellectu finitima uerba rerum dissimilium ratione abusionis esse traducta.

TRANSLATIO.Titu.lij.

t Ranslatio est cũ uerbũ in quandã rem transfertur ex alia re:quod propter similitudinẽ recte uidetur posse transferri. Ea igitur sumitur rei ante oculos ponẽdæ causa sic. Hic Italiã tumultus expergefecit terrore subito. Breuitatis causa sic.Recẽs aduẽtus exercitus subito ciuitatẽ extinxit.Obscœnitatis uitandæ causa sic.Cuius mater quotidianis nuptijs delectatur.Augẽdi causa:sic.Nullius urbis calamitas istius explere inimicitias & nefariã crudelitatem saturare potuit.Minuẽdi causa sic. Magno se predicat auxilio fuisse:quia paululum in rebus facillimis aspirauit.Ornãdi causa sic.Aliquãdo populi Romani uires quæ malitia nocentũ exaruerãt uirtute optimatũ reuirescẽt.Trãslationẽ dicunt pudentẽ esse oportere:ut cum ratione in cõsimilẽ rem transeat:ne sine delectu temere & cupide uideatur in dissimilẽ transcurrisse.

PERMVTATIO. Titu. liij.

p Ermutatio est oratio aliud uerbis: aliud sententia demonstrans. ea diuiditur in tres partes: similitudinem: argumentum: & contrarium. Per similitudinē sumitur cum trāslationes una: aut plures frequenter ponuntur a simili oratione ductæ sic. Nam cum canes funguntur officijs luporū: cui nam præsidio pecuaria credemus? Per argumentū tractatur: cum a persona: aut a loco: aut a re aliqua similitudo augendi: aut minuendi causa ducitur: ut si quis Drusum Gracchum numitorem obsoletum dicat. Ex cōtrario ducitur sic: ut si quis hominē prodigum: & luxuriosum, illudens parcum: & diligentem appellet. Et in hoc postremo: quod ex contrario sumitur: & illo primo: quod a similitudine ducitur per translationem: argumento poterimus uti per similitudinem sic: quid ait hic rex: atq; Agamēnon noster: siue (ut crudelitas est) Atreus potius. Ex cōtrario: si quempiam: q patrem uerberauerit: Aeneam uocemus: intemperantē & adulterum: Hipolytum nominemus. Hæc sunt quæ dicēda uidebantur: de uerborum exornationibus: nūc res ipsa monet: ut deinceps ad sentētiarū exornatiōes trāseamus.

DISTRIBVTIO. Titu. liiij.

d Istributio est: cum in plures res: aut personas negocia certa quædā dispertiuntur: hoc modo. Qui uestrum iudices nomen senatus diligit: hunc oderit necesse est: petulātissime enim sem

per iste oppugnauit senatum. Qui equestrem locũ splẽdidissimum cupit esse in ciuitate: is oportet istum maximas pœnas dedisse uelit: ne iste sua turpitudine ordini honestissimo maculæ: atq; dedecori sit. Qui parentes habetis ostendite istius supplicio uobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt statuite exẽplum quantæ pœnæ in ciuitate sint hominibus huiusmodi cõparatæ. Item senatus officium est consilio ciuitatem iuuare. Magistratus officium est: opere: & diligentia cõsequi uoluntatem senatus: populi officium est: res optimas: & homines idoneos maxime suis sententijs eligere: & probare. Accusatoris officium est: inferre crimina. Defensoris: diluere & propulsare. Testis est: dicere quæ sciat: aut audierit. Quæstoris est: unũquẽq; horum in officio suo continere. Quare. L. Crasse si in causis testem: præterq̃ quod sciat: aut audierit argumentari: & coniectura prosequi patiaris: ius accusatoris cum iure testimonij cõmiscebis: testis improbi cupiditatem confirmabis: reo duplicem defensionẽ parabis. Est hæc exornatio copiosa: compræhendit enim breui multa: suum cuiq; tribuens officiũ & separat & res diuidit plures.

LICENTIA. Titu. lv.

l Icentia est cũ apud eos: quos aut uereri: aut metuere debemus: tamẽ aliquid pro iure nostro dicimus: quod eos minime offendat: aut quos hi diligunt cum in aliquo errato uere repræhendi posse uideantur: hoc modo. Miramini Quirites: q ab oibus uestræ rationes deserantur: q causam uestram

nemo suscipiat: q sic nemo uestri defensorem profitea-tur. Id tribuite uestrae culpae: desinite istud mirari. Quid enim est? quare nõ ois istam rem fugere: ac uita-re debeat? Recordamini quos habueritis defensores stu dia corũ uobis ante oculos proponite. Deinde oium exi tus considerate. Tum uobis ueniat in mentẽ: ut uere di-cam: negligentia uestra: siue ignauia potius: illos oẽs ante oculos uestros trucidatos esse: inimicos corũ uestris suffragijs in amplissimũ locũ peruenisse. Item. Nam qd fuit iudices? Quare in sentẽtijs ferẽdis dubitaueri-tis: aut istũ hoiem nefariũ ãpliaueritis? Nõ apertissime res erãt crimini datae? Nõ oẽs hae testibus comprobatae? Nõ cõtra tenuitur et nugatoriae respõsum? Hic uos ue-riti estis: si prio eũ coetu cõdẽnassetis: ne crudeles existi maremini. Dũ eã uitastis uituperationẽ: quae lõge a uo bis aberat: eã inuenistis: ut timidi: atq; ignaui putare-mini. Maximas: & priuatas: & publicas calamitates accepistis: quũ etiã maiores impẽdere uideantur: sede-tis: & oscitamini: Nocte lucẽ: luce noctem expectatis. Aliquid quottidie acerbi: atq; incõmodi nunciatur. Et eũ cuius opera haec nobis accidũt: uos remoramini diu-tius: & alitis: atq; reipu. perniciẽ retinetis: quoad pote stis: in ciuitate. Eiusmodi licentia si nimium uidebitur acrimoniae habere: multis mitigationibus lenietur. Nã cõtinuo aliquid huiusmodi licebit inferre. Hic ego uir tutem uestrã quaero: sapiẽtiã desidero: ueterẽ cõsuetudi nem requiro. Vt quod erit cõmotũ licẽtia: mitigetur id laude: ut altera res ab iracũdia: & molestia remoueat: altera res ab errato deterreat. Haec res: sicut in amici-tia: ita in dicendo si loco fit maxime facit: ut & illi: q

audient a culpa absint:& nos qui dicimus amici eorũ: & ueritatis esse uideamur. Est autem quoddam genus licentiæ in dicendo: quod astuta ratione cõparatur: cũ aut ita obiurgamus eos: qui audiũt: quomodo ipsi se cupiunt obiurgari: aut id quod scimus facile oẽs auditu-ros: dicimus nos timere quõ accipiãt: sed tamen ueritate cõmoueri: ut nihil secius dicamus. Horũ ãborũ generum exẽpla dicemus. Prioris hmõi. Nimium Quirites animis estis simplicibus: et mãsuetis: nimiũ creditis uni cuiq;: existimatis unũquẽq; eniti: ut perficiat: quæ uobis pollicitus sit. Erratis: et frustra falsa spe iãdiu deti nemini stultitia uestra: quia quod erat in uestra ptãte ab aliis petere: q̃ ipsi sumere maluistis. Posterioris licẽtiæ: hoc erit exẽplũ: Mihi iudices fuit amicitia cũ isto: sed ista amicitia: tametsi uereor quõ accepturi sitis: tamen dicã uos me priuastis. Quid ita? quia ut uobis essem probatus cũ: qui uos oppugnabat: inimicũ q̃ amicum habere malui. Ergo hæc exornatio cui licẽtiæ nomen est: sicuti demonstrauimus duplici rõne tractabitur. Acrimonia: quæ si nimiũ fuerit aspera: mitigabitur laude. Et assimulatione: de qua superius diximus: quæ nõ indiget mitigatiõis: propterea q imitatur licẽtiam: & sua spõte ad animũ auditoris se accõmodat.

DIMINVTIO. Titu.lvi.

d Iminutio est cum aliquid esse in nobis: aut in his: quos defendimus: aut natura: aut fortuna: aut industria dicemus egregium quod ne qua significetur arrogans ostentatio: diminuitur & attenuatur oratione: hoc modo. Nam hoc

pro meo iure iudices dico:me labore & industria curasse:ut disciplinam militarē non in postremis tenerem. Hic siquis dixisset ut optime tenerem:tametsi uere dixisset:tamen arrogans uisus esset:nunc & ad inuidiā uitandā : & ad laudem comparandā satis dictum est. Item. Igitur utrum auariciæ causa:an egestatis accessit ad maleficium? Auariciæ? at largissimus fuit in amicos:quod signum liberalitatis est:quæ contraria auaritiæ est. Egestatis? at huic quidem pater:nolo nimium dicere:non tenuissimum patrimoniū reliquit. Hic quoq; uitatum est:ne magnū aut maximū diceretur. Hoc igitur in nostris:aut eorum quos defendemus egregijs cō modis proferundis obseruabimus. Nā & eiusmodi res & inuidiam contrahunt in uita:& odium in oratione si inconsiderate tractes. Quare quēadmodum ratiōe in uiuendo fugitur inuidia : sic in dicendo consilio uitatur odium.

DESCRIPTIO. Titu. lvij.

d Escriptio nominatur quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cū grauitate expositionē:hoc modo. ꝗ si istum iudices uestris sententijs liberaueritis:statim sicut e cauea leo missus : aut aliqua teterrima belua soluta ex catenis uolutabit:& uagabitur in foro acuēs multos dētes:in cuiusq; fortunas:in omnes amicos atq; inimicos: notos atq; ignotos incursans : aliorum famam depeculans:aliorū caput oppugnans:aliorum domū ac omnē familiam perfringens : rempu. funditus labefactans.

Quare iudices eĳcite eum de ciuitate: liberate omnes formidine: uobis deniq; ipsis consulite. Nam si istum impunitū dimiseritis: in uosmetipsos (mihi credite) feram & truculentam bestiam iudices immiseritis. Item. Si de hoc iudices grauem sententiam tuleritis: uno iudicio simul multos iugulaueritis. Grandis natu parens: cuius spes senectutis omnis in huius adolescentia posita est: quare uelit in uita manere non habebit: filiĳ parui: priuati patris auxilio ludibrio & despectui paternis inimicis erūt oppositi. Tota domus huius idigna concidet calamitate. Inimici statim sanguinolēta palma: crudelissima uictoria potiti insultabunt: in horum miserias: & superbi re simul & uerbis inuehentur. Item. Nam neminem uestrum fugit. Quirites capta urbe quæ miseriæ consequi soleant: arma qui contra tulerunt: statim crudelissime trucidantur: cæteri qui possunt per ætatem & uires laborem ferre: rapiuntur in seruitutem: qui nō possunt uita puniantur: uno deniq; atq; eodem tempore domus hostili flagrabit incendio: & quos natura: aut uoluntas: necessitudine: beniuolentia cōiunxit distrahuntur: partim liberi e gremiĳs parentum diripiūtur: partim in sinu iugulātur: partim ante ædes constuprātur. Nemo iudices est: qui possit satis rem consequi uerbis: nec referre oratione magnitudinem calamitatis. Hoc genere exornatiōis uel indignatio uel misericordia potest commoueri: cum res consequentes compræhensæ uniuersæ perspicua breuiter exprimuntur oratione:

d Iuisio est quæ rem se mouẽs a re utrãq; absoluit ratione subiecta: hoc modo. Cur ego nunc tibi obijciã quicq̃: si probus es: nõ me ruisti: si improbus non commouere. Item quid nũc ego de meis proprijs meritis prædicẽ: si meministis obtundam: si obliti estis cũ re nihil egerim: quid est q̃ uerbis proficere possim? Item duæ res sunt quæ possunt hoĩes ad turpe cõpendiũ cõmouere: inopia atq; auaritia. Te auarũ in fraterna diuisione cognouimus: inopem atq; ægẽtem nũc uidemus: qui potes igitur ostẽdere causam maleficij nõ fuisse? Inter hanc diuisionẽ & illam: quæ de partibus orationis tertia est: de qua in lib. pri. diximus secundũ narrationem: hoc interest: illa diuidit per enumerationem: quibus de rebus per totam orationem disputatio futura sit: hec se statim explicat: & breui duabus: aut pluribus partibus subijciens rationes: exornat orationem.

FREQVENTATIO. Ti. lix.

f Requẽtatio est cũ res i tota causa disperse coguntur unũ in locũ quo grauior: aut acrior: aut criminosior oratio sit: hoc pacto. A quo tãdẽ abest iste uitio? Quid est: cur iudicio eũ uelitis liberare? Suæ pudicitiæ proditor est: insidiator alienæ cupidus: intẽperãs: superbus: impius in parẽtes: ingratus in amicos: infestus in cognatos: in superiores contumax: in æquos & pares fastidiosus: in inferiores crudelis: deniq; in omnes intolerabilis. Eiusdem generis illa frequentatio: quæ plurimum coniecturalibus cau

sis opitulatur: cum suspitiones: quae separatim distinctae: imminutae: & infirmae erant: unũ in locũ coactae: rem uidentur perspicuã facere nõ suspitiosam: hoc pacto. Nolite igitur: nolite iudices ea: quae dixi separatim spectare: sed omnia colligite: & conferte in unũ. Si & commodum ad istum ex morte illius ueniebat: & uita est turpissima: homis animus auarissimus: fortunae familiares attenuatissimae: & res ista nemini bono praeter istum fuit: neq; alijs iste commodioribus rationibus facere potuit: neq; praeteritum est ab isto quicq̃ quod opus fuerat: neq; factum quod opus non fuit ad maleficium: & tum locus idoneus maxime: tum occasio aggrediendi commoda: tẽpus adeũdi oportunissimũ: spacium cõficẽdi longissimũ sumptũ est: nõ sine occultãdi & perficiẽdi spe maleficij maxima: & praeterea anteq̃ occisus hõ is est: iste uisus est in eo loco: in quo est occisio facta: solus paulo post in ipso maleficio uox illius: qui occidebatur audita est: deinde post occisionem istum multa noct: domũ redijsse cõstat: postera die titubãter: & incõstãter de occisione illius locutũ. Haec partim testimonijs: partim quaestionibus: & argumentis: omnia cõprobantur: & rumore populi quẽ argumentis natũ necesse est esse uerum. Vestrũ iudices est: is locũ in unũ collatis certã sumere sentẽtiã: nõ suspitionẽ maleficij. Nã unũ aliquid aut alterũ potest in istũ casu cecidisse suspiciose: ut oĩa inter se a primo ad postremum cõueniãt maleficia necesse est casu nõ posse fieri. Vehemens est haec exornatio: & in cõiecturali constitutione causae ferme semper necessaria: & in caeteris generibus causarũ: & in omni oratione adhibenda nõnunq̃.

EXPOLITIO. Titu.lx.

Xpolitio eſt cum in eodem loco manemus:
e & aliud atq; aliud dicere uidemur. Dupli
citer autem fit: ſi aut eandem plane dice-
mus rem: aut de eadem re. Eandem rem dicemus non
eodem modo: nam id obtundere auditorem eſt: nõ rem
expolire. Sed commutare debemus. Commutabimus
autem tripliciter uerbis: pronunciando: tractando. Ver
bis commutabimus cum res ſemel dicta: iterum aut ſæ-
pius alijs uerbis que idem ualeant eadem res profere-
tur: hoc modo. Nullum tantũ eſt periculum quod ſapi-
ens pro ſalute patriæ uitandum arbitretur. Cum auge
tur incolumitas perpetua ciuitatis qui bonis erit ratio-
nibus præditus profecto nullum diſcrimen uitæ ſibi
pro fortunis reipublice fugiendum putabit. Et erit in
ea ſententia ſemper ut pro patria ſtudioſe: q̃uis in ma
gnam deſcendat uitæ dimicationem. Pronunciando cõ
mutabimus: ſi tum in ſermone: tum in acrimonia: tum
in alio atq; alio genere uocis atq; geſtus eadem uerbis
commutando: pronũciatione uehementius quoq; com-
mutauerimus. hoc neq; commodiſſime ſcribi poteſt:
neq; parum eſt apertum: quare non eget exemplo. Ter
tium genus eſt commutatiõis quod tractãdo cõficitur:
ſi ſententiam traijciamus: aut ad ſermocinationem: aut
exuſcitationem. Sermocinatio (de qua plenius paulo
poſt ſuo loco dicemus: nunc breuiter quod ad hãc rem
ſatis ſit attingemus) eſt in qua cõſtituetur alicuius per
ſonæ oratio accommodata ad dignitatem: hoc modo.
Vt (quo facilius res cognoſci poſſit: ne ab eadem ſen-

tentia discedamus) Sapiens omnia reipublicæ causa suscipienda pericula putabit: sæpe ipse secum loquetur: non mihi soli: sed etiam atq; adeo multo potius natus sum patriæ: uita quæ fato debetur: saluti patriæ potissimum soluatur. Aluit hæc me tute: atq; honeste produxit usq; ad hanc ætatem. Muniuit meas rationes bonis legibus: optimis moribus: hon.stissimis disciplinis. Quid est: quod a me satis ei persolui possit: unde hæc accepta sunt? Hæc loquetur secum sapiens: sæpe ego in periculis reipublicæ nullum ipse periculū fugi. Itē mutatur res tractādo si traducitur ad exuscitationem: cum & nos commoti dicere uideamur: & auditoris animum commouemus sic. Quis est tam tenui cogitatione præditus cuius animus tantis angustijs inuidiæ continetur: qui non hunc hominem studiosissime laudet: & sapientissimum iudicet: qui pro salute patriæ: pro incolumitate ciuitatis: pro reipnblicæ fortunis: q̄uis magnum atq; atrox: periculum studiose suscipiat: & libenter subeat? Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare q̄ possum. Idēq; hoc certo scio uobis omnibus usu uenire. Eadem res igitur his tribus in dicendo commutabitur rebus: uerbis: pronūciando: tractando: sed tractando dupliciter: sermocinatione: & exuscitatione. Sed de eadem re cū dicemus pluribus utemur commutationibus. Nam cum rem simpliciter pronunciauerimus rationem poterimus subijcere. Deinde duplicem: uel sine rationibus pronunciare sententiam. Deinde afferre cōtrarium: de quibus omnibus diximus in uerborum exornationibus. Deinde simile: & exemplū de quo suo loco plura dicemus. Deinde cō

clusionem de qua in secundo libro quæ opus fuerũt di-
ximus: demonstrantes argumentationem quemadmo-
modum concludere oporteat: in hoc libro docuimus cu-
iusmodi esset exornatio uerbi: cui conclusioni nomẽ est.
Ergo huiusmodi uehementer ornata poterit esse expo-
litio: quæ constabit ex frequentibus exornationibus uer
borum & sententiarum. Hoc modo igitur septem par
tibus tractabitur: sed ab eiusdem sententiæ non receda
mus exemplo: ut scire possis q̃ facile præceptione rhe-
toricæ: res simplex multiplici ratione tractetur. Sapi-
ens nullum pro republica periculum uitabit: ideo q̃
sæpe fit: ut cum pro republica perire noluerit necessa-
rio cum republica pereat. Et quoniam sunt omnia com
moda a patria accepta: nullum incommodum pro pa-
tria graue putandum est. Ergo qui fugiunt id pericu-
lum quod pro republica subeundum est: stulte faciunt:
nam neq; effugere id possunt: & ingrati in ciuitatem
reperiuntur. At qui patriæ pericula suo periculo ex-
pellunt: hi sapientes putandi sunt: cum & eum quem
debent honorem reipublicæ reddunt: & pro multis pe
rire malunt: q̃ cum multis. Etenim uehementer est ini-
quum uitam quam a natura acceptam propter patriã
conseruaueris: naturæ cum cogat reddere: patriæ cum
roget nõ dare. Et cũ possis cũ summa uirtute & hono-
re pro patria interire: malle per dedecus & ignauiã
uiuere: pro amicis & parentibus: & cæteris necessarijs
adire periculum uelis: pro republica in qua & illud
sanctissimum nomen patriæ continetur nolle in discri
men uenire. Itaq; uti contẽnendus est qui in naufragio
nauim q̃ se mauult incolumen ita uituperandus qui

in republica discrimini suo plusq̃ saluti cõmuni consulit. Naue fracta multi incolumes fuerunt: naufragio patriæ saluus nemo potest enatare. Quod mihi bene uidetur Decius intellexisse qui se deuouisse dicitur: & pro Legionibus se in hostes immisisse medios: unde amisit uitam: & non perdidit. Re enim uilissima & parua: maximam redemit: uitam dedit: accepit patriam: amisit animam: potitus est gloria: quæ cum summa laude prodita uetustate quotidie magis enitescit. Quod si pro republica debere accedere ad periculum & ratione demonstratũ est: & exemplo comprobatum: hi sapientes sunt existimandi qui nullũ pro salute patriæ periculum uitant. In his igitur generibus expolitio uersatur: de qua producti sumus ut plura diceremus: ꝙ non modo cum causam dicimus: adiuuat & exornat orationem: sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare cõueniat extra causam in exercendo rationes adhibere expolitionis: in dicendo uti cum exornabimus argumentationẽ: de qua re diximus libro secundo.

COMMORATIO. Titu. lxi.

Commoratio est: cũ in loco firmissimo: quo tota causa continetur manetur diutius: & eodem sæpius reditur. Hac uti maxime cõuenerit: & id oratoris boni maxime propriũ. Non enĩ datur auditori potestas animum de re firmissima dimouendi. Huic exẽplum satis idoneum subijci non potuit: propterea ꝙ hic locus non est a tota cã separatus.

ſic ut membrum aliquod: ſed tanq̃ ſanguis profuſus eſt per totum corpus orationis.

CONTENTIO. Ti.lij.

c Ontẽtio eſt per quã cõtraria referũtur. Ea eſt in uerborũ exornationibus (ut ante docuimus) eiuſmodi. Inimicis te placabilem: amicis inexorabilẽ præbes. In ſentẽtiarũ hmõi. Vos huius incõmodis lugetis: iſte reipubli. calamitate lætatur. Vos ueſtris fortunis diffiditis: iſte ſolus ſuis eo magis cõfidit. Inter hæc duo cõtẽtionũ genera hoc intereſt. Illud uerbis celeriter relatis conſtat: hic ſententiæ contrariæ ex comparatione referantur oportet.

SIMILITVDO. Titu.lxiij.

s Imilitudo eſt oratio traducẽs ad rẽ quãpiã aliq̃d ex re diſpari ſimile. Ea ſumitur aut ornãdi cã: aut probãdi: aut apertius dicendi: aut ante oculos ponẽdi. Quõ quattuor de cauſis ſumitur: ita quattuor mõis dicitur per cõtrariũ: per negationẽ: per breuitatẽ: per collationẽ. Ad unãquãq; ſumẽdæ cãm ſimilitudinis accõmodabimus ſingulos modos pronũciandi. Ornãdi cã ſumitur per cõtrariũ ſic. Non enim quẽadmodũ in palæſtra: qui tedas ardẽtes accipit celerior eſt in curſu cõtinuo q̃ ille q̃ tradit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitũ q̃ ille qui deceſſit: propterea q̃ defatigatus curſu integro facẽ: hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Hoc ſine ſi

mili satis plane & perspicue & probabiliter dici po=
tuit:hoc modo.Dicitur minus bonos imperatores a me=
lioribus exercitum accipere solere:sed ornandi causa;si
mile sumptum est ut orationi dignitas quædam com=
paretur. Dictum est autem per contrarium : cum ei rei
quam nos probamus aliquam rem negamus esse simi=
lem:ut paulo ante cum de cursoribus asserebamus. Per
negationem dicetur probandi causa : hoc modo. Neq;
equus indomitus:q̃uis natura bene compositus sit:ido
neus potest esse ad eas utilitates & actus quæ desiderã
tur ab equo : neq; homo indoctus q̃uis sit ingeniosus:
ad uirtutem potest peruenire. Hoc probabilius factum
est:q magis est uerisimile non posse uirtutem sine do=
ctrina comparari : quoniã nec equus quidem indomi=
tus idoneus possit esse:ergo sumptum est probandi cau
sa. Dictum est autem per negationem:id enim perspi=
cuum est de primo similitudinis uerbo. Sumetur &
apertius dicendi causa simile:dicetur autem per breui
tatem:hoc modo.In amicitia gerenda:sicut in certami=
ne currendi non ita conuenit exerceri:ut quoad necesse
sit uenire possis:sed ut productus studio & uiribus ul=
tro facile procurras. Nam hoc simile est:ut apertius in
telligatur mala ratione facere : qui reprehendant eos
qui(uerbi causa)post mortem amici liberos eius custo=
diãt:propterea q in cursore tantũ uelocitatis esse opor=
teat:ut efferatur usq; ad finem:In amico tantũ beniuo=
lentiæ studium:ut ultra q̃ quod amicus sentire possit:
percurrat amicitiæ studio. Dictum autẽ est simile per
breuitatem:non enim ita in cæteris rebus res ab re sepa
rata est sed utraq; res coniuncte & cõfuse comparata.

Ante oculos ponendi negocij causa sumetur similitu-
do: cum dicetur per collationē sic. Vti cytharœdus: cum
prodierit optime uestitus. Palla inaurata indutus
cum chlamyde purpurea: coloribus uarijs intexta: &
cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illumi
nata: cytharam tenens exornatissimam: auro & ebore
distinctam. Ipse præterea forma: & specie sit: & statu
ra apposita ad dignitatem: si cum magnam populo cō
mouerit his rebus expectationem repente silentio facto
uocem mittat acerbissimam: cū turpissimo corporis mo
tu: quo melius ornatus sit: & magis fuerit expectatus:
eo magis derisus & contemptus eijcietur. Ita si quis in
excelso loco & in magnis ac locupletibus copijs collo-
catus fortunæ muneribus: & naturæ commodis omni-
bus abundabit: si uirtutis & artium (quæ uirtutis ma-
gistræ sunt) egebit: quo magis cæteris rebus erit copio
sus & illustris spectatus: eo uehementius derisus et cō-
temptus ex omni conuentu bonorum eijcietur. Hoc si-
mile exornatione utriusq; rei: & alterius inertiæ artifi
cij: alterius stultitiæ simili ratione collata sub aspectū
omniū rem subiecit. Dictum autē est per collationē pro
pterea q̄ proposita similitudine paria sunt relata om-
nia. In similitudinibus obseruare oportet diligenter ut
cū rē afferamus similē: cuius rei cā similitudinē attule
rimus uerba ad similitudinē habeamus accōmodata: id
est huiusmodi. Vt hyrūdines æstiuo tēpore præsto sunt:
frigore pulsæ recedūt: ex eadē similitudine: nūc per
trāslationē uerba sumamus: ita: falsi amici sereno uitæ
in tēpore præsto sunt: simul atq; hyemē fortunæ uidea-
rint deuolant omnes. Sed inuentio similiū facilis erit:

si quis sibi omnes res animatas & inanimatas: mutas & loquentes: feras & mansuetas: terrestres coelestes & maritimas: artificio: casu: natura comparatas: usitatas atq; inusitatas: frequenter ante oculos poterit ponere: & ex his aliquam uenari similitudinem quae aut ornare: aut docere: aut apertiorem rem facere: aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei necesse est similis sit: sed ipsum quod conferetur similitudinē habeat oportet.

EXEMPLVM. Titu.lxv.

e Xemplum est alicuius facti: aut dicti praeteriti cum certi authoris nomine propositio. Id sumitur iisdem de causis quibus similitudo. Rem ornatiorem facit: cum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur. Apertiorem cum id quod sit obscurius magis dilucidum reddit. Probabiliorem: cum magis uerisimilem facit. Ante oculos ponit: cum exprimit omnia perspicue: ut res dicta prope manu tentari possit. Vniuscuiusq; generis singula subiecissemus exempla: nisi exemplum quod genus esset in expolitione demonstrassemus: & causas sumēdi in similitudine aperuissemus. Quare noluimus neq; pauca quo minus intelligeretur: neq; re intellecta plura conscribere.

IMAGO SIMILIS. Titu.lxvi.

i Mago est formae cum forma: quadam similitudine: collatio. Haec sumitur aut laudis:

aut uituperationis causa. Laudis causa sic. Ibat in praelium corpore tauri ualidissimi: impetu leonis acerrimi similis. Vituperationis: ut in odium adducat: hoc modo. Iste quottidie per forum medium tanquam iubatus draco serpit dentibus aduncis: aspectu uenenato: spiritu rapido circunspectans huc & illuc si quem reperiat: cui aliquid mali faucibus efflare: ore attingere: dentibus insecare: lingua aspergere possit. Vt in inuidiam adducat: hoc modo. Iste qui diuitias suas iactat: sicut gallus e Phrygia aut hariolus quispiam depraessus: & oneratus auro clamat & dilirat. In contemptionem sic. Iste qui tanquam coclea abscondens retentat sese tacitus cum domo totus ut comedatur aufertur.

EFFICTIO. Titu. lxvij.

e Ffictio est cum exprimitur: & effingitur uerbis corporis cuiuspiam forma: quoad satis sit ad intelligendum: hoc modo. Hunc dico indices rubrum: breuem: incurrum: canum: subcrispum: caesium: cui sane magna est in mento cicatrix: si quo modo potest in memoriam nobis redire. Habet haec exornatio cum utilitatem: si quem uelis ostendere: tum uenustatem: si breuiter & dilucide facta est.

NOTATIO. Titu. lxviij.

n Otatio est cum alicuius natura certis describitur signis quae sicut notae quaedam naturae sunt attributa. Vt si uelis non diuitem: sed

ostentatorem pecuniosum describere. Iste (inquies) iudi ces qui se dici diuitem: putat esse præclarum: Primum nunc uidete quo uultu nos intueatur. Nonne uobis uide tur dicere: darem uobis: si mihi molesti non essetis. Cũ uero sinistra mentum sublevat: existimat se gemmæ ni tore: & auri splẽdore aspectus omnium præstringe re. Cum puerum respicit: hunc unum: quem ego noui: uos non arbitror nouisse alio nomine appellat: deinde alio atq; alio heus tu (inquit) uide Samio ne quid isti barbari turbent? ut ignoti: qui audiunt unum putent se legi de multis: ei dicit in aurem aut domi lectuli ster nantur: aut ab auunculo rogetur æthyops: qui ad bal neas ueniat: aut asturconi locus ante ostium suũ detur: aut aliquod fragile falsæ choragiuni gloriæ compare tur. deinde exclamat: ut omnes audiant: uideto ut dili genter numerẽtur: si potest: ante noctem puer qui iam bene hominis naturam nouit: tu illo plures mittas opor tet (inquit) si hodie uis transnumerari. age inquit: duc tecum Libanum & Sosiam. Sane deinde casu ueniunt hospites homini: quos dum iste splendide peregrina tur: inuitauit. Ex ea re homo hercle sane conturbatur: sed tamen a uitio naturæ non recedit: bene (inquit) faci tis cum uenitis: sed rectius fecissetis: si ad meam domũ recte abiissetis. Id fecissemus inquiunt illi: si domum nouissemus. Ad istud quidem facile fuit unde libet in uenire: uerum cum euntẽ sequuntur illi. Sermo interea huius consumitur omnis in ostentatione. Quæritur in agris cuiusmodi frumenta sint. Negat se quia uillæ in censæ sint accedere posse: nec ædificare etiam nunc au dere: tametsi in tusculano quidem incœpi insanire: &

hiſdem fundamentis ædificare. Dum hæc loquitur ue-
nit in ædes quaſdam: in quibus ſodalitium erat eodem
die futurum: quo iſte pro notitia domini ædium ingre
ditur cum hoſpitibus. Hic inquit habito: perſpicitur ar
gentum quod erat expoſitum: uiſit triclinium: ſtratum pro
bat: accedit ſeruulus dicit homini clam dominum iam uen
turum ſi uelit exire. Ita ne? inquit. Eamus hoſpites: fra
ter meus uenit ex ſalerno: ego illi obuiam pergam: uos
huc decima uenitote. Hoſpites diſcedunt: iſte ſe raptim
domum ſuam conijcit. Illi decima qua iuſſerat ueniunt:
quærunt hunc: reperiunt domi cuia ſit: in diuerſorium
deriſi conferunt ſeſe. Vident hominem poſtera die nar
rant: expoſtulant: accuſant. Ait iſte eos ſimilitudine lo-
ci deceptos. Angiportu toto deerraſſe: ſe contra ualitu-
dinem ſuam ad noctem multam expectaſſe. Samioni
puero negocium dederat: ut uaſa: ueſtimenta: pueros
corrogaret. Seruulos non inurbanos ſatis ſtrenue &
concinne comparat: iſte hoſpites domum deducit. Ait
ſe domos maximas cuidam amico ad nuptias accommo
daſſe. Nunciat puer argentum repeti (pertimuerat enim
qui commodarat) apagete (inquit) ædes commodaui:
familiam dedi: argentum quoque uult: tametſi hoſpites
habeo: tamen utatur licet: nos ſamijs delectabimur.
Quid ego quæ deinde efficiat narrem. Eiuſmodi eſt ho-
minis natura: ut quæ ſingulis diebus efficiat gloria:
atque oſtentatione: ea uix annuo ſermone enarrare poſ-
ſim. Huiuſmodi notationes quæ deſcribunt quod conſen
taneum ſit uniuſcuiuſque naturæ uehementer habent ma-
gnam delectationem: totam enim naturam cuiuſpiam ponunt
ante oculos aut glorioſi: ut nos exempli cauſa ceperamus:

aut inuidi:aut timidi:aut auari:ambitiosi:amatoris:luxuriosi:furis quadruplatoris:deniq; cuiusuis studium protrahi potest in medium tali notatione.

SERMOCINATIO. Titu.lxviij.

s Ermocinatio est cum alicui personæ sermo attribuitur:& is exponitur cũ ratione dignitatis:hoc pacto.Cum militibus urbs redũdaret:& oẽs ciues timore oppræssi domi tenerẽtur:uenit iste cũ sago gladio succinctus tenens iaculũ:quinq; adolescentes hominẽ simili ornatu subsequũtur:irrupit in ædes subito:deinde magna uoce : ubi est iste beatus diues(inquit)ædiũ dominus qui nõ mihi præsto fuit?qd tacetis?hic alij omnes stupidi timore obmutuerũt:uxor illius infœlicissimi cũ maxĩo fletu ad istius pedes obicit sese:per te inqt:et per ea quæ tibi dulcissima sunt in uita:miserere nostri:noli extinguere extinctos.fer mansuete fortunã:nos quoq; fuimus beati : nosce te esse hominẽ.At ille:qn illũ mihi dat is:ac uos auribus meis?op plorare desinitis?nõ abibit.Illi nũciatur interea uenisse istum et clamore maxĩo mortẽ minari:quod simulac audiuit:heus(inqt)gorgia pedissequa puerorũ:abscõde pueros:defende:fac ut incolumis sit adolescẽtia.Vix hoc dixerat:cũ ecce iste præsto:sedes inqt audax?nõ uox mea tibi uitã ademit?exple meas inimicitias:et iracundiam satura tuo sanguine.Ille cum magno spiritu uerba metuebam inquit : ne plane uictus essem : nunc uideo in iudicio mecum contendere non uis.: ubi suppeditari turpissimũ superare pulcherrimũ est:interfice

re uis: occides quidem: sed uictus non peribo. At in extremo tempore uitæ etiam sententiosæ eloqueris: neq; ei quē uides dominari uis supplicare. Tum mulier: immo quidem iste rogat & supplicat: sed tu quæso cōmouere: et tu per deos inquit hunc examplexare: dominus est uicit hic te: uince tu nunc animum. Cur nō desinis inquit uxor loqui quæ me digna non sunt. Tace et quæ curanda sunt cura. Tu cessas mihi uitam: tibi omnē bene uiuendi spem mea morte eripere? Iste mulierem repulit ab se lamentantē: illi nescio quid incipienti dicere quod dignum uidelicet illius uirtute esset: gladium in latere defixit. Puto in hoc exemplo datos esse unicuiq; sermones ad dignitatem accommodatos: id est quod oportet in hoc genere obseruare. Sunt item sermocinationes consequentes hoc genus: nam quid putamus illos dicturos: si hoc iudicaueritis. Nonne hac omnes utētur oratione. deinde subijcere sermonem.

CONFORMATIO. Titu. lxix.

Conformatio est cum aliqua quæ non adest persona confingitur quasi adsit: aut cum res muta: aut informis fit eloquens & formata: & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata aut actio quædam: hoc pacto. ꝙ si nunc hæc urbs inuictissima uocem mittat: non hoc pacto loquatur? Ego illa plurimis trophæis ornata: triumphis ditata certissimis: clarissimis locupletata uictorijs: nunc uestris seditionibus uexor o ciues? Quam dolis malitiosa Carthago: uiribus probata Numantia: disciplinis erudita: Co

rinthus labefactare non potuit:eam patimini nunc ab homũculis teterrimis proteri atq̃ cõculcari? Itẽ. Quod si nunc ille.L.Brutus reuiuiscat & hic ante pedes uestros adsit:nõ hac utatur oratione? Ego reges eieci:uos tyrannos introducitis. Ego libertatem quae non erat peperi:uos partam seruare nõ uultis. Ego capitis mei periculo patriam liberaui uos liberi sine periculo eẽ nõ curatis. Haec conformatio licet in plures res mutas atq; inanimatas transferatur proficit multum in amplificationis partibus & confirmatione.

SIGNIFICATIO. Ti.lxx.

Significatio est res quae plus in suspitione relinqt:q̃ positũ est in oratione. Ea fit per exuperationẽ:ambiguũ:cõsequẽtiã:abscisionem:similitudinẽ. Per exuperationẽ:cũ plus dictũ est q̃ patitur ueritas augẽdae suspitiõis cã sic. Hic de tãto patrimonio tam cito testã qua sibi petat ignẽ non reliquit. Per ambiguũ cum uerbũ potest in duas pluresue sentẽtias accipi:sed accipitur in eam partem quã uult is qui dixit:ut si de eo dicas q̃ multas haereditates adierit:prospice tu qui plurimũ cernis. Ambigua quemadmodũ uitanda sunt quae obscurã reddunt orationẽ: ita haec consequẽda quae conficiũt hmõi significationem. Ea reperiẽtur facile:si nouerimus et aĩaduertimus uerborũ ancipites aut multiplices ptãtes. Per consequentiã significatio fit cũ res quae sequũtur aliquã rẽ: dicũtur: ex quibus tota res relinquitur in suspitiõe. Vt si salsamentarij filio dicatur:quiesce tu cuius pater cubito se

emũgere solebat. Per abscissionẽ cũ incipimus aliquid dicere: deinde præcidimus: & ex eo quod iã diximus satis relinqtur suspitionis sic. Qui ista forma & ætate nuper alienæ domui: nolo plura dicere. Per similitudinẽ cũ aliqua re simili allata nihil amplius dicimus: sed ex ea significamus qd sentiamus: hoc modo. Noli saturnine nimium populi freqũetia fretus esse. Stultitiã nosce Gracchi. Hæc exornatio plurimũ festiuitatis habet: & interdũ dignitatis. Sinit enim quiddã tacito oratore ipsum auditorem suspicari.

DE BREVITATE. Titu. lxxi.

b Reuitas est res tantũmodo ipsis uerbis necessarijs expedita: hoc modo. Lemnon præteriens cepit: inde tharsi præsidiũ reliqt: post urbẽ Bithyniã sustulit: inde pulsus in hellespontũ statim potitur abido. Item modo consul: quondã tribunus is deinde primus erat ciuitatis: tũc proficiscitur in Asiã: deinde exul & hostis est dictus imperator & populi Romani factus est consul. Habet paucis compræhensa breuitas multarum rerum expeditionem. Quare adhibenda sæpe est cum aut res egebit longæ orationis: aut tempus non sinet commorari.

DE DEMONSTRATIONE. Ti. lxxij.

d Emonstratio est cum ita res uerbis exprimitur ut geri negocium & res ante oculos eẽ uideatur. Id fieri poterit si quæ ãte & post

in ipsa re facta erũt cõpræhẽdemus: aut a rebus conse quentibus: aut a circũstãtibus nõ recedemus: hoc modo. Quod simul atq; Gracchus prospexit fluctuare popu lũ: uerentẽ ne ipse authoritate senatus cõmotus sentẽtia desisteret: iubet aduocari cõtionẽ. Iste interea scelere & malis cogitationibus redundãs uolat ex tẽplo iouis su dãs: oculis ardẽtibus: erecto capillo: cõtorta toga: cũ plu ribus alijs ire celerius cœpit. Illi præco faciebat audiẽ tiã: hic subselliũ quoddã calce præmẽs dextro pede de fringit: & hoc alios iubet idẽ facere: cũ gracchus deos inciperet præcari: cursim isti impetum faciunt: ex alijs alijsq; partibus conuolãt: atq; e populo unus: fuge fu ge inqt Tiberi. Nõ uides? respice inq̃. Deide uaga mul titudo subito timore perterrita fugere cœpit. Iste spu mã ex ore reijciẽs anhelãs ex infirmo pectore crudeli tatẽ cõtorquet brachiũ: & dubitãti Graccho quid esset: neq; tamẽ locũ: in quo cõstiterat relinquẽti percutit tẽ pus. Ille nullã uocẽ edẽs insita uirtute cõcidit tacitus: isti uiri fortissimi miserando sanguine aspersus quasi facinus præclarissimũ fecisset circũspectans & hilare celeratã gratulãtibus manũ porrigẽs in templũ iouis cõtulit sese. Hæc exornatio in amplificãda & cõmisce randa re plurimũ prodest: & in hmõi narrationibus. statuit enim totam rem & prope ponit ante oculos.

TOTIVS OPERIS PERORATIO.

Titulus ultimus.

O Mnes rationes honestandæ elocutionis stu diose collegimus: in quibus Herenni si te diligentius exercueris: & grauitatem: &

dignitatem: & suauitatē habere in dicēdo poteris: ut oratorie plane loquaris: ne nuda atq; inornata inuētio uulgari sermone efferatur. Nunc identidē nosmetipsi nobis instemus. Res enim cōis agitur ut frequenter & assidue cōsequamur artis rationē studio & exercitatione: quod alij cū molestia tribus de causis maxime faciunt: aut si cū quibus libēter exerceātur nō habēt: aut sibi si diffidūt: aut si nesciūt quā uiā sequi debeāt: quae a nobis absunt oēs difficultates. Nā & simul libēter exercemur propter amicitiam: cuius initiū cognatio facit: caetera philosophiae rō cōfirmabit. Et nobis nō diffidimus propterea q aliquantulū processimus: & alia meliora sunt: quae multo intentius petimus in uita: ut etiā si nō peruenerimus in dicēdo quo uolumus parua pars uitae perfectissimae desideretur. Et uiā quā sequamur habemus propterea: q i his libris nihil praeteritū ē rhetoricae praeceptionis. Demonstratū est enim quō res in oibus generibus causarū inueniri oporteat. Dictum est quo pacto eas disponere cōueniat. Traditū est qua rōne esset pronūciandū. Praeceptū est qua uia meminisse possemus. Demonstratū est quibus modis perfecta elocutio cōparetur. Quae si sequemur acute & cito reperiemus: distincte & ordinate exponemus: grauiter & uenuste pronūciabimus: firme & perpetuo meminerimus: ornate & suauiter loquemur. Ergo in arte rhetorica nihil est amplius. Haec oia adipiscemur: si rōnes praeceptionis diligentia consequemur exercitationis.

M.T.C. RHETORICES NOVE. Finis.

MARCI TVLLII CICERONIS ORATORIS CLARISSIMI RHETORICAE VETERIS SIVE DE INVENTIONE. Liber primus.

S Aepe & multū hoc mecum cogitaui: boni ne an mali plus attulerit hoībus & ciuitatibus copia dicendi: ac summū eloquētiæ studiū. Nā cum & nostræ reipu. detrimēta cōsidero: & maximarū ciuitatū ueteres animo calamitates colligo: nō minimā uideo per disertissimos homines inuectā esse partē incommodorū. Cum aūt res a nostra memoria propter uetustatē remotas ex litterarum monumētis repetere instituo: multas urbes constitutas: plurima bella restincta: firmissimas societates: sanctissimas amicitias intelligo: tum animi ratione: tum etiā facilius eloquētia comparatas. Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit: ut existimem sapientiam sine eloquētia parum prodesse ciuitatibus: eloquentiam uero sine sapiētia nimium obesse plerūq;: prodesse nunq̄. Quare si qs omissis rectissimis atq; honestissimis studiis rationis & officij consumit omnem operam in exercitatione dicendi: is inutilis sibi: perniciosus ciuis patriæ alitur. Qui uero ita se armat eloquentia: ut non oppugnare commoda patriæ: uerum propugnare possit. Is mihi uir & suis & publicis ratiōibus utilissimus atq; amicissimus ciuis fore uidetur. Ac si uolumus huius rei quæ uocatur eloquētia siue artis siue studij siue ex

ercitationis cuiusdam siue facultatis a natura profe-
cte considerare principium: reperiemus id ex honestis-
simis causis natum atq; optimis ratiōibus profectum.
Nam fuit quoddam tempus cum in agris homies pas-
sim bestiarum more uagabātur: & sibi uictu ferino ui
tam propagabant: nec ratione animi quicq̄: sed pleraq̄
q̄ uiribus corporis administrabant. Nondum diuinæ
religionis: nō humani officij ratio colebatur: nemo nu
ptias uiderat legitimas: non certos quisq̄ aspexerat li-
beros: non ius æquabile quid utilitatis haberet: accepe-
rat. Ita propter errorem atq; inscitiam cæca ac teme-
raria dominatrix animi cupiditas ad se explendam ui-
ribus corporis abutebatur perniciosissimis satellitibus.
Quo tempore quidam magnus uidelicet uir & sapi-
ens cognouit: quæ materia esset & quanta ad maxi-
mas res oportunitas animis inesset hominum si quis
eam posset elicere: & præcipiendo meliores reddere.
Qui dispersos homines in agris: & in tectis siluestri-
bus abditos: ratione quadam compulit in unum locum
& congregauit: & eos in unamquamq; rem inducēs
utilem atq; honestam: primo propter insolentiam re-
clamantes: deinde propter rationem atq; orationem
studiosius audientes ex feris: & immanibus mites
reddidit & mansuetos. At mihi quidem uidetur
hoc non tacita neq; inops dicendi sapientia perficere
potuisset: ut homines a consuetudine subito conuerte-
ret: & ad diuersas rationes uitæ traduceret. Age uero
urbibus constitutis: ut fidem colere & iusticiam reti-
nere discerent: & alijs parere sua uoluntate consue-

fecerent: ac non modo labores excipiendos communis commodi causa: sed etiam uitam amittendam existimarent: qui tandem fieri potuit: nisi homines ea quae ratione inuenissent eloquentia persuadere potuissent? profecto nemo: nisi graui: ac suaui commotus oratione cum uiribus plurimum posset ad ius uoluisset sine ui descendere: ut inter quos posset excellere cum iis se pateretur aequari: & sua uoluntate a iucundissima consuetudine recederet: quae praesertim iam naturae uim obtineret propter uetustatem. Ac primo quidem & nata & progressa longius eloquentia uidetur & item postea maximis in rebus pacis & belli cum summis hominum utilitatibus esse uersata. Postquam uero commoditas quaedam praua uirtutis imitatrix sine ratione officii dicendi copiam secuta est: tum ingenio freta malicia peruertere urbes & uitas hominum labefactare assueuit. Atque huius quoque exordium mali: quoniam principium boni diximus explicemus. Verisimillimum mihi uidetur quodam tempore: neque in publicis rebus infantes & insipientes homines solitos esse uersari: nec uero ad priuatas causas magnos ac disertos homines accedere: sed cum a summis uiris maximae res administrarentur: arbitror alios fuisse non incallidos homines: qui ad paruas controuersias priuatorum accederunt. Quibus in controuersiis cum saepe a mendacio contra uerum stare homines consuescerent: dicendi assiduitas aluit audaciam: ut necessario superiores illi propter iniurias ciuium resistere audacibus & opitulari suis quisque necessariis

cogerentur. Itaq; cum in dicendo sæpe par: nonnunq; uero superior uisus esset is qui omisso studio sapientiæ nihil sibi præter eloquētiam comparasset: fiebat: ut et multitudinis: & suo iudicio dignus qui rempu. gereret uideretur. Hinc nimirū non iniuria: cum ad gubernacula reipub. temerarij: atq; audaces homines accesserant maxima ac miserrima naufragia fiebant. Quibus tantū odij: atq; inuidiæ suscepit eloquentia: ut homines ingeniosi quasi ex aliqua turbida tempestate in portum: sic ex seditiosa & tumultuosa uita se in studium aliquod traderent quietum. Quare mihi uidētur postea cætera studia recta: atq; honesta per ocium concelebrata ab optimis enituisse: hoc uero a plærisq; eorum desertum obsoluisse eo tēpore quo multo uehemētius erat retinendū: & studiosius adaugendum. Nam quo indignius rem honestissimā & rectissimam uiolauit stultorū & improborū temeritas & audacia summo cum reipub. detrimento: eo studiosius & illis resistendum fuit: & reipu. consulendū. Quod nostrū illū non fugit Catonem: neq; Lælium: neq; horum: ut uere dicam: discipulū Aphricanū: neq; Gracchos Aphricani nepotes: quibus in hominibus erat summa uirtus: et summa uirtute amplificata auctoritas: & quæ his rebus ornamēto: & reipublicæ præsidio esset eloquētia. Quare meo quidem animo nihilominus studēdum est eloquentiæ: & si ea quidam & priuatim & publice peruerse abutuntur: sed eo quidem uehementius ne mali magno cum detrimēto bonorum: & cōmuni omniū pernicie plurimū possint cū præserti hoc unū sit quod ad oēs res & priuatas & publicas maxime pertineat:

hoc tuta: hoc honesta: hoc illustris: hoc eodẽ uita iucunda fiat. Nam hinc plurima cõmoda ueniũt ad rempu. si moderatrix omniũ præsto est sapientia rerum. Hinc ad ipsos; qui adepti sunt eam: laus: honor: dignitas confluit. Hinc amicis quoq; eorum certissimũ ac tutissimũ præsidium comparatur. Ac mihi quidem uidentur homines cũ multis rebus humiliores & infirmiores sint: hac re maxime bestijs præstare: ꝙ eloqui possunt. Quare præclarum mihi quiddam uidetur adeptus is qui qua re homines bestijs præstẽt: ea in re hominibus ipsis antecellat. Hoc si forte non natura modo: neq; exercitatione conficitur: uerum etiam artificio quodam comparatur: non alienum est uidere quid dicãt hi: qui quædã eius artis præcepta nobis reliquerũt. Sed anteq̃ de præceptis oratorijs dicamus: uidetur dicendum de genere ipsius artis: de officio: de fine: de materia: de partibus. Nam his rebus cognitis facilius & expeditius uniuscuiusq; animus ipsam rationem ac uiam artis considerare poterit.

DE IVRE CIVILI ET PARTIBVS EIVS. Titu. i.

c Iuilis quædam ratio est: quæ multis & magnis ex rebus constat: eius quædam magna & ampla pars est artificiosa eloquentia: quam rhetoricam uocant. Nam neq; cum his sentimus qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere & ab his qui eam putant omnem rhetoris ui & artificio contineri magnopere dissentimus. Quare hanc ora

toriam facultatem in eo genere ponemus ut eā ciuilis scientiæ partem esse dicamus.

DE OFFICIO ET FINE ARTIS ORATORIAE. Titu. ij.

Fficium autē eius facultatis esse uidetur:
o dicere apposite ad persuasionē. Finis persuadere dictione. Inter officium & finem hoc interest: ꝙ in officio quid fieri: in fine quid officio conueniat consideratur: ut medici officiū dicimus esse curare ad sanādum apposite: finem curationis sanare. Item oratoris quid officiū: & quid finē esse intelligimus: cum id quod facere debet officium esse dicimus: illud cuius causa facere debet finem appellamus.

DE MATERIA SEV SVBIECTO ARTIS ORATORIAE. Titu. iij.

Ateriā artis eam dicimus: in qua omnis ars:
m & ea facultas: quæ conficitur ex arte uersatur: ut si medicinæ materiā dicimus morbos ac uulnera: ꝙ in his omnis medicina uersetur. Item quibus in rebus uersatur ars et facultas oratoria: eas res materia artis rhetoricæ nominamus. Has autē res alij plures alij pauciores existimauerūt. Nam Gorgias leontinus antiquissimus fere rhetor: omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimauit. Hic infinitā: & immensam huic artificio materiam subijcere uidetur.

Aristoteles autē qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta subministrauit: tribus in generibus rerum uersari rhetoris officium putauit: demonstratiuo: deliberatiuo: & iudiciali. Demōstratiuum est: quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem: uel uituperationem. Deliberatiuum quod positum in disceptatione alicuius: & consultatione ciuili habet in se sententiæ dictionem. Iudiciale quod positum in iudicio: habet in se accusationem & defensionem aut petitionē aut recusationem. Et quēadmodum nostra quidē fert opinio: Oratoris ars & facultas in hac materia tripertita uersari existimanda est. Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere: nec quid polliceatur intelligere uidetur: qui oratoris materiam in causam & quæstionem diuidit. Causam essē dicit rem: quæ habet in se controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione: Quam nos quoq; oratori dicimus esse attributam: nam ei tres partes quas ante diximus: supponimus iudicialem: deliberatiuam: & demonstratiuam. Quæstionem autem eam appellat quæ habet in se controuersiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione: ad hunc modum. quid sit bonum in uita præter honestatem. ueri ne sint sensus hominis. quæ sit forma mundi. quæ sit solis magnitudo. Quas quæstiones procul ob oratoris officio remotas facile omnes intelligere existimamus. Nā quibus in rebus summa ingenia philosophorū plurimo cū labore consumpta intelligimus eas sicut aliquas paruas res oratori attribuere: magna amentia uidetur. ꝙ si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem studio

et disciplina comparatā: uideretur fretus sua scientiā falsum quiddam constituisse de oratoris officio: & nō quid ars posset: sed quid ipse posset exposuisse. Nunc uero ea uis est in homine: ut ei multo rhetoricā citius q̄s ademerit: q̄ philosophiā concesserit: neq; eo q̄ eius ars quam edidit mihi mendosissime scripta uideatur. Nā satis in ea uidetur ex antiquis artibus ingeniose: & diligenter electas res collegisse: & collocasse: & non nihil ipse noui protulisse. Verum oratori minimū est de arte loqui: quod hic fecit: sed multo maximū ex arte dicere quod eum minime potuisse omnes uidemus. Quare materia quidem nobis rhetoricæ artis uidetur quam Aristoteli uisam esse diximus.

DE PARTIBVS ORATIONIS. Titulus quartus.

p Artes autē hæ sunt quas plæriq; dixerunt. Inuētio. Dispositio. Elocutio. Memoria. Pronunciatio. Inuentio est excogitatio rerū uerarum aut uerisimiliū quæ causam probabilē reddant. Dispositio est rerum inuentarū per ordinē distributio. Elocutio est idoneorum uerborū & sententiarū ad inuentiones accōmodatio. Memoria est firma animi rerū ac uerborum ad inuentionē præceptio. Pronūciatio est ex rerum & uerborū dignitate uocis & corporis moderatio. Nunc his rebus breuiter constitutis eas rationes quibus ostendere possimus genus & finē & officiū huius artis aliud in tempus differemus. Nam & multorum uerborū indigent et non tantopere ad artis discre

tiones & praecepta tradenda pertinent. Eum autẽ qui artem rhetoricam scribit de duabus reliquis rebus mate ria artis ac partibus scribere oportere existimamus. At mihi quidem uidetur coniunctim agendum de mate ria ac partibus. Quare inuentio quae princeps est oium partium potissimũ in omni genere causarũ qualis de beat esse consideretur.

DE INVENTIONE. Titu.quintus.

Omnis res quae habet in se positam in dictio ne: aut disceptatione aliquã controuersiam: aut facti: aut nominis: aut generis: aut actio nis continet quaestionẽ. Eam igitur quaestionẽ ex qua causa nascitur constitutionem appellamus. Constitutio est prima conflictio causarum ex depulsione intentio nis profecta: hoc modo. Fecisti. non feci: aut iure feci. Cum facti cõtrouersia est quoniã coniecturis causa fir matur: constitutio coniecturalis appellatur. Cum autẽ nominis quia uis uocabuli diffinienda uerbis est: consti tutio diffinitiua nominatur. Cũ uero qualis sit res quae ritur: quia & de ui & de genere negocii controuersia est constitutio generalis uocatur. At cum causa ex eo pẽ dens ꝙ non: aut is agere uidetur quẽ oportet: aut nõ cũ eo qui cum oportet: aut non apud quos: quo tẽpore: qua lege: quo crimine: qua poena oportet: translatiua dici tur constitutio: quia actio translationis & cõmutatiõis indigere uidetur. Atq; harum aliquam in omne genus causae incidere necesse est. Nam in qua re non inciderit: in ea nihil esse poterit cõtrouersiae. Quare eam nec cau

ſam quidem conuenit putari. Ac facti quidem contro-
uerſia in omnia tempora poteſt diſtribui. Nam quid
factum ſit poteſt quæri hoc modo: occiderit ne Aiacem
Vlyſſes? & quid fiat hoc modo: bono ne animo ſint er-
ga rempublicam Fregellani? Et quid futurum ſit hoc
modo. Si carthaginem reliquerimus incolumen: nun-
quid ſit incommodi ad rempublicam peruenturũ. No-
minis controuerſia eſt: cum de facto conuenit. & quæ-
ritur id quod factum eſt quo nomine appellatur. Quo
in genere: ideo neceſſe eſt nominis eſſe controuerſiam
ꝙ & de re ipſa non conueniat: non ꝙ de facto non cõ-
ſtet ſed ꝙ id quod factum ſit aliud: alij uideatur eſſe:
iccirco alius alio nomine id appellet. Quare in huiuſ-
modi generibus definienda res erit uerbis: & breuiter
deſcribenda. Vt ſi quis ſacrum ſurripuerit ex priuato
utrum fur an ſacrilegus ſit iudicandus. Nam id cum
quæritur neceſſe erit utrũq; diffinire: quid ſit fur: quid
ſacrilegus: & ſua deſcriptione oſtendere alio nomine
illam rem de qua agitur appellari oportere: atq; ad-
uerſarij dicunt.

DE CONTROVERSIA GENERIS IN HERMAGORAM. Titu. vi.

g Eneris eſt cõtrouerſia: cum & quid factum
ſit conuenit: & quo id factum nomine ap-
pellari oporteat conſtat: & tamen quãtum:
cuiuſmodi & omnino quale ſit quæritur: hoc modo.
Iuſtum an iniuſtum: utile an inutile & omnia in qui-
bus quale ſit quod factum eſt quæritur ſine ulla nomi

nis controuersia. Huic hermagoras generi partes quat tuor supposuit: deliberatiuam: demonstratiuam: iudicialem: negotialem. Quod eius ut nos putamus nō mediocre peccatum repræhendendum uidetur: uerum breui: & ne si aut taciti prætererimus: sine causa non secuti eũ putemur: aut si diutius in hoc constiterimus moram atq; impedimentum reliquis præceptis intulisse uideamur.

NON ESSE QVATTVOR PARTES GENERIS. Titu.vij.

S I deliberatio & demonstratio genera sunt causarum non possunt recte partes alicuius causæ putari. Eadem enim res alij genus esse alij pars potest: eidem genus & pars esse nō potest. Deliberatio autem & demõstratio genera sunt causarum. Nã aut nullũ causæ genus est: aut iudiciale solũ: aut et iudiciale: et demõstratiuũ et deliberatiuũ. Nullum dicere causæ esse genus cũ causas esse multas dicat: et in eis præcepta det: amentia est. Vnũ iudiciale autem solum esse qui potest: cũ deliberatio et demõstratio neq; ipsæ inter se similes sint: & a iudiciali quoq; genere plurimum dissideãt: et suũ quæq; finẽ habeat quo referri debeãt. Relinquitur ergo ut oĩa tria genera causarũ sint. Deliberatio igitur et demõstratio nõ possunt recte partes alicuius generis causæ putari. Male igitur eas generalis cõstitutiõis partes esse dixit. q̃ si generis causæ partes nõ possũt recte putari: multominus recte partis causæ partes putabũtur. Pars aũt causæ cõstitutio ẽ ois:

Non enim causa ad cōstitutionē: sed constitutio ad causam accommodatur: sed demonstratio et deliberatio generis causæ non possunt recte putari ꝙ ipsa sint genera. Multo igitur minus recte partis eius quam hic dicit: partes putabuntur.

d Einde si constitutio & ipsa & pars constitutionis eius quælibet intentionis depulsio est: quæ intentionis depulsio non est: ea nec constitutio: nec pars constitutionis est. At si quæ intentionis depulsio non est: ea nec constitutio nec pars constitutionis est: demonstratio: & deliberatio: neq; constitutio: nec pars constitutionis est. Si igitur constitutio et ipsa & pars eius quælibet intentionis depulsio est: deliberatio & demonstratio: neq; constitutio neq; pars constitutionis est. Placet autem ipsi intentionis esse depulsionem. Placeat igitur oportet nō esse constitutionem nec partem constitutionis. Atq; hoc eodem urgebitur siue constitutionē primā causæ accusatoris confirmationem dixerit: siue defensionis primā depræcationem. Nam cum eadem omnia incōmoda sequentur. Deinde coniecturalis causa non potest simul ex eadē parte eodem in genere & coniecturalis esse & definitiua. Rursus nec definitiua causa potest simul ex eadē parte eodem in genere diffinitiua esse et translatiua. Et omnino nulla constitutio: nec pars constitutionis potest simul & suam habere: & alterius in se uim continere. Ideoq; unaquæq; ex se & ex sua natura simpliciter cōsideratur: altera assumpta numerus constitutionum duplicatur: non uis constitutionis augetur. At deliberatiua causa simul ex eadem parte eodem in genere et con

iecturalem:& generalem: definitiuam & translatiuam solet habere constitutionem:esse unam aliquando et plures nōnunq̃:ergo ipsa nec cōstitutio est:nec pars constitutionis. Idem in demōstratione solet usuuenire. Genera ergo ut ante diximus hæc causarum putanda sunt:neq; partes alicuius constitutionis.

DE CONSTITVTIONE GENERALI. Ti.viij.

h Aec igitur constitutio quam generalē nominamus partes nobis uidetur duas habere:iuridicialem & negocialem. Iuridicialis est:in qua æqui & recti natura:aut præmij:aut pœnæ ratio quæritur. Negocialis est in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate sit consideratur. Cui diligētiæ præesse apud nos iuriscōsulti existimantur. Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes: absolutam & absumptiuā. Absoluta est quæ ipsa in se cōtinet iuris & iniuriæ quæstionē. Assumptiua est quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationē: foris autem aliquid defensionis assumit. Eius partes sunt quattuor:concessio: remotio criminis: r̄elatio criminis: comparatio. Cōcessio est cum reus nō id quod factū est defendit:sed ut ignoscatur sibi postulat. Hæc in duas partes diuiditur:purgationem: & depræcationē. Purgatio est cum factum cōceditur:culpa remouetur. Hæc partes habet tres: imprudētiā:casum:necessitatē. Depræcatio est: cū & peccasse reus & consulto peccasse confitetur: & tamē ut ignoscatur postulat: quod genus perraro potest

decidere. Remotio criminis est cum id crimen quod infertur ab se & a sua culpa ui & potestate in alium reus remouere conatur. Id dupliciter fieri poterit: si aut causa: aut factum in alium transfertur. Causa transfertur cum aliena dicitur ui & potestate factum. Factum autem cum alius aut debuisse aut potuisse facere dicitur. Relatio criminis est cum ideo iure factum dicitur ꝙ aliquis ante in iniuria lacessierit. Comparatio est cum aliud aliquod factum alicuius rectum aut utile contenditur quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum.

De constitutione translatiua.

In quarta constitutione: quam translatiuam nominamus: eius constitutionis est controuersia: cum aut quem: aut quantum: aut quomodo: aut apud quos: aut quo iure: aut quo tēpore agere oporteat quæritur: aut omnino de commutatione aliquid: aut informatione actionis agitur. Huius constitutionis Hermagoras inuentor esse existimatur: non ꝙ non usi sint ea oratores ueteres sæpe multi: sed quia nō animaduerterint artis scriptores eam superiores: nec retulerint in numerum constitutionum. Post autem ab hoc inuentam multi repræhenderunt quos non tam imprudentia falli putamus: (res enim perspicua est) q̄ꝫ inuidia: atq; obtrectatione quadam impediri. Et constitutiones quidem & earum partes exposuimus. Exempla autem cuiusq; generis: tunc cōmodius exposituri uidemur cum in unū quodq; earum argumentorum copiam dabimus. Nam argumentandi ratio dilucidior erit: cum & ad genus

& ad exemplum causæ statim poterit accommodari. Constitutione causæ reperta statim placet considerare utrum causa sit simplex: an coniuncta. Et si coniuncta erit: utrũ sit ex pluribus quæstionibus iũcta: an ex aliqua comparatione. Simplex est quæ absolutam in se continet quæstionem unam hoc modo. Corinthijs bellum indicamus an non. Coniuncta ex pluribus quæstionibus: in qua plura quæruntur: hoc modo. Vtrum Carthago diruatur: an carthaginensibus reddatur: an eo colonia deducatur. Et ex comparatione in qua per contentionem utrum potius: aut quid potissimum sit quæritur: ad hunc modum. Vtrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur qui socijs sit auxilio: an teneatur in Italia: ut q̃ maximæ sint contra Annibalem copiæ.

DE CONTROVERSIA SCRIPTI.

d Einde considerandum est in ratione: an in scripto sit controuersia. Nam scripti controuersia est ea quæ ex scriptionis genere nascitur. Eius autem genera quæ sunt separata a constitutionibus quinq; sunt. Nam cum uerba ipsa uidentur cum sententia scriptoris dissidere: tum inter se duæ leges ac plures discrepare: tum id quod scriptum est duas aut plures res significare uidetur: tũ ex eo quod scriptum est: aliud quoq; quod non scriptum est inueniri: tum uis uerbi quasi in diffinitiua constitutione in quo posita sit quæri. Quare primum genus de scriptio & sententia. secundum ex contrarijs legibus. tertium

ambiguum: quartum ratiocinatiuum: quintum diffinitiuum nominamus. Ratio est autem cum omnis quaestio non in scriptione: sed in aliqua argumentatione cõsistit. Ac cum considerato genere causae: & cognita cõstitutione: cum simplex ne an coniuncta sit intellexeris: & scripti: an rationis habeat controuersiam uideris: deinceps erit uidẽdum quae quaestio: quae ratio: quae iudicatio: quod firmamentum causae sit: quae omnia a constitutione proficiscãtur oportet. Quaestio est ea quae ex conflictione in constitutione causarum gignitur cõtrouersia hoc modo: non iure fecisti. iure feci. Causarũ autem haec est conflictio: in qua constitutio constat. Ex ea igitur nascitur controuersia quam quaestionem dicimus hoc modo. iure ne fecerit. Ratio est quae continet causam quae si sublata sit: nihil in causa controuersiae relinquitur hoc modo (ut docendi causa in facili et prouulgato exemplo consistamus) Orestes si matricidii accusetur: ipse hoc dicat: iure feci. Illa enim occidit patrem meum: non habet defensionem: qua re sublata omnis controuersia quoq; sublata sit. Ergo eius causae ratio est ꝙ illa Agamennonem occiderit. Iudicatio est quae ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur controuersia. Nam sit ea nobis exposita ratio quã pauloante apposuimus. Illa enĩ inqt meũ occiderat patrem. At non inquit aduersarius abs te filio matrem necari oportuit. Potuit enim sine tuo scelere illius factum puniri. Ex hac deductione rationis illa summa nascitur cõtrouersia quam iudicationem appellamus. Ea est huiusmodi. rectum ne fuerit ab Oreste matrem occidi: cum illa Orestis patrem occidisset. Firmamen-

tum est firmissima argumentatio defensoris: & aptissima ad iudicationem: ut si uelit Orestes dicere eiusmodi animũ matri suæ in parẽtem suum: in seipsum: ac sorores in regnum & in famam generis & familiæ: ut ab ea pœnam liberi sui potissimum petere debuerint. Et in cæteris quidem constitutionibus ad hunc modum iudicationes reperiuntur. In coniecturali autem constitutione: quia ratio non est: factum enim non conceditur: non potest ex deductione rationis nasci iudicatio. Quare necesse est eandem quæstionem esse: & iudicationem: ut factũ est: factum non est: factum ne sit. Quot autem in causa constitutiones: aut earum partes erunt: totidem necesse erit quæstiones: rationes: iudicationes: firmamenta reperiri. His omnibus in causa repertis: tum deniq; singulæ partes totius causæ considerandæ sunt. Nam non ut quicq; dicendum primum est: ita primum animaduertendum uidetur. Ideo ꝙ illa quæ prima dicuntur: si uehementer uelis congruere & cohærere cum causa ex eis ducas oportet: quæ post dicenda sunt: quare cum iudicatio & ea quæ ad iudicationem oportet inueniri argumenta: diligenti erunt artificio reperta: cura & cogitatione pertractata: tunc deniq; ordinandæ sunt cæteræ partes orationis. Hæ partes sex esse omnino nobis uidentur: exordium: narratio: partitio: confirmatio: repræhensio: cõclusio. Nũc quoniam exordium princeps omnium esse debet: nos quoq; primum in ratione exordiendi præcepta dabimus.

DE EXORDIO. Titu.ix.

Exordium est oratio animum auditoris idoneæ comparans ad reliquã dictionẽ: quod eueniet si eum beniuolum & attentum & docilem cõfecerit. Quare qui bene exordiri causam uolet: eum necesse est genus suæ causæ diligenter ante cognoscere. Genera causarum sunt quinq;: honestum: admirabile: humile: anceps: obscurũ. Honestum causæ genus est cui statim sine oratione nostra auditoris fauet animus. Admirabile quoq; est a quo alienatus est animus eorum qui audituri sunt. Humile quod negligẽter ab auditore: & non magnopere attendendũ uidetur. Anceps in quo aut iudicatio dubia est aut causa & honestatis & turpitudinis particeps: ut & beniuolentiam pariat & offensionem. Obscurum in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negocijs causa implicita est. Quare quoniã tam diuersa sunt genera causarum: exordiri quoq; dispari ratiõe in uoquoq; genere necessẽ est. Igitur exordium in duas partes diuiditur: in principium: & insinuationẽ. Principium est oratio perspicue & protinus perficiẽs auditorem beniuolum: aut docilem: aut attentum. Insinuatio est oratio quadã dissimulatione & circuitione obscure subiẽs auditoris animũ. In admirabili genere causæ: si nõ oĩno infensi erunt auditores: principio beniuolentiam comparare licebit. Sin erũt uehemẽter alienati confugere necesse erit ad insinuationem. Nam abalienatis si perspicue & beniuolentia pax appetitur: nõ modo ea nõ inuenitur: sed augetur atq; inflammatur odium potius. In humili aũt genere causa contẽtionis tollendæ necesse erit attẽtum efficere auditorẽ. An

teps genus causæ: si dubiã iudicationẽ hẽbit: ab ipsa iudicatione exordiendum. Sin autem partem turpitudinis & partem honestatis habebit beniuolentiam captare oportebit: ut in genus honestum causa translata uideatur. Cum autẽ erit honestũ causæ genus uel præteriri principium poterit: & si commodum fuerit: aut a narratione incipiemus: aut a lege: aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictionis. Sin uti principio placebit: beniuolẽtiæ partibus utendum est: ut id quod est augeatur. In obscuro autem genere causæ per principium dociles auditores efficere oportebit. Nunc quoniã quas res exordio conficere oporteat dictum est: reliquũ est: ut ostendatur quibus quoq; rationibus quæq; res cõfici possint. Beniuolẽtia quattuor ex locis comparatur. Ab nostra ab aduersariorũ: ab iudicũ persona: ab ipsa causa. Ab nostra si de nostris factis & officijs sine arrogãtia dixerimus: si crimina illata & aliquas minus honestas suspitiones iniectas diluemus: si quæ incõmoda acciderint: aut quæ instẽt difficultates proferemus: si prece & obsecratione humili ac supplici utemur. Ab aduersariorum autẽ: si eos: aut in odium: aut in inuidiã aut in contẽptionẽ adducemus. In odium adducẽtur si quid eorum spurce: superbe: crudeliter: malitiose factũ proferetur. In inuidiam si uis eorum: potentia: diuitiæ: gratia: cognatio: pecuniæ proferentur: atq; eorum usus arrogans: & intolerabilis: ut ijs rebus magis uideantur q̃ causæ suæ confidere. In contemptionem adducentur: si eorum inertia: negligentia: ignauia: desidiosum studiũ & luxuriosum ociũ proferetur. Ab auditorũ persona beniuolẽtia captabitur si res ab his fortiter:

sapienter: mansuete: gestæ proferentur: ut neq; assen- tatio nimia significetur: et si de his q̄ honesta existi- matio quantaq; eorum iudicij & auctoritatis expecta- tio sit ostendetur? A rebus ipsis: si nostram causam lau dando extollemus: aduersariorum per contemptionem deprimemus. Attentos autem faciemus: si demonstra- bimus ea: quæ dicturi erimus magna: noua: incredibi- lia esse: aut ad omnes: aut ad eos qui audiēt: aut ad ali- quos illustres homines: aut ad deos immortales: aut summam reipublice pertinere: & si nos pollicebimur breui nostram causam demonstraturos: atq; expo- nemus iudicationem aut indicationes si plures erunt. Dociles auditores faciemus: si aperte & breuiter sum- mam causæ exponemus: hoc est in quo consistat cōtro- uersia. Nam & cum docilem uelis facere simul & at- tentum facias oportet. Nam is maxime docilis est: qui attentissime est paratus audire. Nūc insinuationes quē admodum tractari conueniat: deindeceps dicendum ui- detur. Insinuatione igitur utendum est: cum admira- bile genus causæ est: hoc est ut ante diximus cū animus auditoris infensus est. Id autem tribus ex causis ma- xime fit: si aut inest in ipsa causa quædam turpitu- do: aut si ab his qui ante dixerunt: iam quiddam audi- tori persuasum uidetur. aut si eo tempore locus dicen- di datur: cum iam illi quos audire oportet defessi sunt audiendo. Nam ex hac quoq; re non minus q̄ ex pri- mis duabus in oratore nōnūq̄ animus offenditur audi toris. Si cause turpitudo cōtrahet offensionem: aut pro eo homine in quo offenditur: alium hominem qui dili- gitur interponi oportet: aut pro re in qua re offen-

ditur aliam rem quæ probetur.aut pro re hominē: aut pro homine rem:aut ab eo quod oderit ad id quod animus auditoris diligit traducatur:& dissimulare id te defensurum:quod existimeris defensurus.Deinde cum iam mitior factus erit auditor ingredi pedetentim defensionem:& dicere ea:quæ indignētur aduersarij:tibi quoq; indigna uideri.Deinde cum lenieris eum qui audiet:demonstrare nihil eorum ad te pertinere:& negare te quicq̄ de aduersarijs essē dicturū:neq; hoc: neq; illud: ut neq; aperte lædas eos:qui diligūtur:& tamen id obscure faciens:quoad possis alienes ab eis auditorum uolūtatem.& aliquorū iudiciū simili de re: aut auctoritatem proferre imitatione dignam.Deinde eandem aut consimilem aut maiorē aut minorem agi rem in præsentia demonstrare.Sin oratio aduersariorum fidem uidebitur auditoribus fecisse: idq; ei qui intelligit:quibus rebus fides fiat:facile erit cognitu: oportet aut de eo quod aduersarij sibi firmissimū putarunt:& maxime hi qui audierint probarint primū te dicturum polliceri:aut ab aduersarij dicto exordiri:& ab eo potissimū quod ille nuperrime dixerit.aut dubitatiōe uti quid primū dicas:aut cui potissimū loco respondeas cū admiratione.Nam auditor cum eum quem aduersarij putarent perturbatum oratione:uideat animo firmissimo contradicere paratum:plerūq; se potius temere assensisse:q̄ illum sine causa confidere arbitratur.Si auditoris studium defatigatio abalienabit a causa:te breuius q̄ paratus fueris esse dicturum:cōmodum est polliceri:non imitaturū aduersarium.Sin autem res dabit non inutile est:aut ab aliqua re noua:& ridicula incis

pere:aut ex tempore:quae nata sit: quod genus strepitum acclamationem dicimus: aut iam parata:quae uel apologum:uel fabulam:uel aliquam contineat irrisionem:aut si rei dignitas adimet iocandi facultatem aliquid triste:nouum:horribile:non incommodum est statim iniicere. Nam ut satietas cibi et fastidium:aut subamara aliqua re releuatur: aut dulci mitigatur:sic animus defessus audiendo : aut admiratione integratur: aut risu nouatur. Ac seperatim quidem quae de principio:et insinuatione dicenda uidebantur:haec fere sunt. Nunc quiddam breuiter communiter de utroq; praecipiendum uidetur. Exordium sententiarum & grauitatis plurimum debet habere:et omnia omnino quae pertinent ad dignitatem in se continere: propterea quod id optime faciendum est:quod oratorem auditori maxime commēdat. Splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum:propterea quod ex his suspitio quaedam apparitiōis atq; artificiosae diligentiae nascatur: quae maxime orationi fidem : oratori adimit dignitatem uel auctoritatem.

DE VITIIS EXORDIORVM. Titu. x.

u Itia uero haec sunt certissima exordiorū quae summopere uitare oportebit:uulgare:cōmune:cōmutabile: separatum:longum:translatum:contra praecepta. Vulgare est quod in plures causas potest accōmodari:ut conuenire uideatur. Cōmune est quod nihilominus in hac quam in contrariam partem causae potest conuenire. Cōmutabile est quod ab aduer

sario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici. Longum est quod pluribus uerbis aut sententijs ultra q̄ satis est producitur. Separatum est quod nō ex ipsa causa ductum est: nec sicut aliquod membrū annexum orationi. Translatū est quod aliud efficit q̄ genus suæ causæ postulat: ut si quis docilē faciat auditorem: cum beniuolentiam causa desiderat: aut si principio utatur cum insinuationem res postulat. Contra præcepta est quod nihil eorum efficit: quorū causa de exordijs præcepta traduntur: hoc est quod eum qui audit: neq; beniuolum: neq; attentum: neq; docilem reddit: aut quod (quo nihil profecto peius est) ut contra sit faciet. Ac de exordio quidem satis dictum est.

DE NARRATIONE. Titu. xi.

n Arratio est rerum gestarū: aut ut gestarum expositio. Narrationū tria sunt genera: unū genus est: in quo ipsa causa: & omnis ratio cōtrouersiæ continetur. Aliud in quo digressio aliqua extra causam aut criminationis: aut similitudinis: aut delectationis non alienæ ab eo negocio: de quo agitur: aut amplificationis causa interponitur. Tertium genus est remotum a ciuilibus causis: quod delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur & scribitur. Eius partes sunt duæ: quarū altera in negocijs altera uero i personis maxie uersatur. Ea quæ in negociorū expositiōe posita ē: tres habet partes: fabulā: historiā: argumētū. Fabula est: in qua nec ueræ nec uerisimiles res cōtinentur: cuiusmodi est: angues ingentes alites

iugo iuncti. Historia est res gesta ab nostræ ætatis memoria remota: quod genus est: Appius indixit Carthaginensibus bellum. Argumentũ est ficta res quæ tamẽ fieri potuit: huiusmodi apud Terentiũ est. Nam postq̃ excessit ex ephebis. Sosia. Illa autẽ narratio: quæ in personis uersatur: eiusmodi est: ut ea simul cum rebus ipsis personarũ sermones & animi possint perspici hoc modo. Venit ad me sæpe clamitans q̃d agis mitio? cur perdis adolescentẽ nobis? cur amat? cur potat? cur his rebus sumptum suggeris? Vestitui nimio indulges. Nimium ineptus est: nimiũ durus: ipse est præter æquum & bonum. Hoc in genere narrationis multa debet inesse festiuitas confecta ex rerum uarietate: animorũ dissimilitudine: grauitate: leuitate: spe: metu: suspitione: desiderio: dissimulatione: errore: misericordia: fortunæ commutatione: insperato incõmodo: subita lætitia: iucundo exitu rerum. Verum hæc ex his quæ postea de elocutione præcipientur: ornamenta sumuntur. Nunc de narratione ea quæ causæ continet expositionẽ dicendum uidetur. Oportet igitur eam tres habere partes: ut breuis: ut aperta: ut probabilis sit. Breuis erit si unde necesse est: inde sumatur initium. & non ab ultimo repetatur. Et si cuius rei satis erit summã dixisse eius partes non dicentur (Nam sæpe satis est: quid factum sit dicere: nõ ut enarres queẽadmodũ factum sit) Et si non longius q̃ scitu opus est in enarrando procedetur. Et si nullam in rem aliam trãsibitur. Et si ita dicetur: ut nõnunq̃ ex eo quod dictum sit id quod dictum non est intelligatur. Et si non modo id quod obest: uerũ etiam id quod nec obest: nec iuuat præteribitur. Et si semel unũquodq̃ di

ectur. Et si non ab eo in quo proxime desitum erit inci-
pietur deinceps. Ac multos imitatio breuitatis decipit:
ut cum se breues putant esse longissimi sint: cum dent
operam: ut res multas breuiter dicant: non ut oino pau-
cas res dicant: & non plures q̃ necesse sit. Nam plerisq;
breuiter dicere uidentur: qui ita dicunt. Accessi ad
aedes: puerum uocaui: Respondit: quaesiui, dominū: do-
mi negauit esse. Hic tametsi tot res breuius non potuit
dicere: tamē quia satis fuerat dixisse dominū negauit
esse domi: fit rerū multitudine lōgus. Quare hoc quo-
q; in genere uitanda est breuitatis imitatio: & non mi-
nus rerum non necessariarum: q̃ uerborū multitudine
supersedendum est. Aperta autē narratio poterit esse: si
ut quicq; primū gestum erit: ita primū exponetur: et re-
rum ac temporū ordo seruabitur: ut ita narrentur: ut ge-
stae res erunt: aut ut potuisse geri uidebūtur. Hic erit cō-
siderandum ne quid perturbate: neq; contorte dicatur:
ne quam in aliam rem transeatur: ne ab ultimo repeta-
tur: ne ad extremū procedatur: ne quid quod ad rē per-
tineat praetereatur: & omnino quae praecepta de breui-
tate sunt hoc quoq; in genere sunt conseruanda. Nā sae-
pe res parum est intellecta longitudine magis q̃ obscu-
ritate narrationis. Ac uerbis quoq; dilucidis utēdū est:
quo de genere dicendū est in praeceptis elocutionis. Pro-
babilis erit narratio: si in ea uidebūtur inesse ea: quae so-
lent apparere in ueritate: si personarū dignitates serua-
būtur: si causae factorū extabunt: si fuisse facultates fa-
ciundi uidebūtur: si tempus idoneum: si spatij satis: si
locus oportunus ad eandē rem: qua de re narrabitur fu-
isse ostendetur: si res & ad eorum qui agent naturā: et

ad uulgi rumorē: & ad eorū qui audient opinionē accommodabitur. Ac ueri quidē similis ex his rationibus esse poterit. Illud autē praeterea cōsiderare oportebit: ne aut cū obsit narratio: aut cū nihil prosit interponatur: tunc aut nō loco: aut nō quēadmodū causa postulat narretur. Obest tum cum ipsius rei gestae expositio magnam excipit offensionē: quā argumētando et causam agendo lenire oportebit. Quod cū acciderit mēbratim oportebit partes rei gestae dispergere in causam: & ad unāquāq; rem cōfestim rationē accōmodare: ut uulneri praesto sit medicamentū: & odiū statim defensio mitiget. Nihil prodest narratio: tūc cum aut ab aduersariis re exposita nostra nihil interest iterum aut alio modo narrare: aut ab iis qui audiūt ita tenetur negociū: ut nostra nihil intersit eos alio pacto docere. Quod cū acciderit omnino narratione supersedendū est. Non loco dicitur cū non in ea parte orationis collocatur in qua res postulet: quo de genere agemus cū de dispositione dicemus: nam hoc ad dispositionē pertinet. Non quēadmodum causa postulat narratur: cum aut id quod aduersario prodest dilucide & ornate exponitur: aut quod ipsum adiuuat obscure dicitur & negligenter. Quare ut hoc uitium uitetur omnia torquenda sunt ad commodum suae causae: cōtraria quae praeteriri poterūt praetereundo: quae illius erunt leuiter attingendo: sua diligenter & enodate narrando. Ac de narratione quidem satis dictum uidetur: deinceps ad partitionem transeamus.

DE PARTITIONE. Titu. xii.

Ecte habita in causa partitio illustrē & perspicuam totam efficit orationem. Eius partes duæ sunt: quarū utraq; magnopere ad aperiendam causam & ad constituendam pertinet cōtrouersiam: una pars est quæ quid cum aduersariis cōueniat: et quid in controuersia relinquatur ostendit: ex qua certū quiddā destinatur auditori: in quo animū debeat habere occupatū. Altera est in qua rerū earum de quibus erimus dicturi breuiter expositio ponitur distributa: ex qua conficitur ut certas animo res teneat auditor: quibus dictis peroratum fore intelligat. Nunc utroq; genere partitionis: quemadmodum conueniat uti breuiter dicendum uidetur. Quæ partitio quid conueniat aut quid non conueniat ostendit. Sed debet illud quod conuenit inclinare ad suæ causæ commodum hoc modo. Interfectam esse matrem a filio conuenit mihi cum aduersariis. Item a Clitēnæstra interfectum Agamemnonem conuenit: nam hic uterq; & id posuit: quod conueniebat: & tamen suæ causæ consuluit commodo. Deinde quid controuersiæ sit ponendum est in iudicationis expositione quæ quemadmodum inueniretur ante dictum est. Quæ autem partitio rerum distributarū continet expositionem hæc habere debet breuitatem: absolutionem: paucitatem. Breuitas est cum nihil necessarium nullum assumitur uerbum. Hæc in hoc genere: iccirco utilis est: q ipsis rebus & partibus causæ non uerbis: neq; extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Absolutio est: per quam omnia: quæ incidunt in causam genera: de quibus dicendum est amplectimur. In qua partitione uidendum est; ne

aut aliquod genus utile relinquatur: aut sero extra partitionem: id quod uitiosissimũ ac turpissimũ est inferatur. Paucitas in partitione seruatur: si genera ipsarum rerum ponũtur: neq; permixte cum partibus implicantur. Nam genus est quod plures partes amplectitur: ut animal. Pars est quæ subest generi: ut equus: sed eadem res sæpe alii genus: alii pars esse potest. Nam hõ pars animalis est: thebani aut troiani genus. Hæc igitur diligentius inducitur descriptio ut aperte intellecta generali partitione paucitas generũ in partitione seruari possit. Nam qui ita partitur: ostendã propter cupiditatem: & audaciam: & auariciã aduersariorũ omnia incõmoda ad rempublicam peruenisse: is non intellexit: in partitione exposito genere partem se generis admiscuisse. Nam genus est omniũ nimirũ libidinũ cupiditas: eius autem generis sine dubio par est auaricia. Hoc igitur uitandũ est: ne cuius genus posueris eius speciem secum sicuti aliquã diuisam partem ac dissimilẽ ponas in eadem partitione. ꝙ si quidẽ in genus plures incidẽt partes: id cum in prima causæ partitione erit simpliciter expositum distribuetur eo tẽpore cõmodissime: cum ad ipsum uentũ erit explicandũ in causæ dictione post partitionẽ. Atq; illud quoq; pertinet ad paucitatem: ne aut plura: ꝙ satis est: demõstraturos nos esse dicamus: hoc modo. Ostendã aduersarios id quod arguimus & potuisse facere: & uoluisse & fecisse: nam fecisse satis est ostendere. Aut cũ in causa partitio nulla sit: & cum quiddã simplex agatur tamẽ utamur distributione: id ꝙ perraro poterit accidere. Ac sunt alia quoq; præcepta partitionum quæ ad hunc usum oratorium nõ tam

topere pertineat quae uersantur in philosophia: ex quibus haec ipsa transtulimus: quae conuenire uidebantur: quorum nihil in caeteris artibus inueniebamus. Atq; his de partitione praeceptis in omni dictione meminisse oportebit ut & prima quaeq; pars ut exposita est in partitione sic ordine transigatur: & omnibus explicatis peroratum sit hoc modo: ut ne quid posterius praeter conclusionem inferatur. Partitur autem apud Teren. breuiter & commode senex in andria: quae cognoscere libertum uelit. Eo pacto & uitam nati & consilium meum cognosces & quid facere in hac re: te uelim. Itaq; quẽadmodum in partitione exposuit: ita narrat primum nati uitam hoc modo. Nam is postq̃ excessit ex ephebis sosia liberius uiuẽdi fuit potestas: deinde suum consilium. Et nunc id operam do: deinde quid sosiam uelit facere id quod extremum posuit in partitione postremum dicit. Nunc tuum est officium. Quẽadmodum igitur hic & ad primamquãq; partem accessit & omnibus absolutis finem dicendi fecit: sic nobis placet & ad singulas partes accedere: & oibus absolutis perorare. Nunc de confirmatione deinceps ita ut ordo ipse postulat praecipiendum uidetur.

DE CONFIRMATIONE. Ti. xiiii.

Onfirmatio est: per quam argumentando nostrae causae fidem & auctoritatẽ & firmamentum adiungit oratio. Huius partis certa sunt praecepta quae in singula causarum genera diuidentur. Verũtamen non incommodum uidetur

quandam siluam atq; materiam uniuersam ante per mixtam: & confusam exponere omniũ argumentationum. Post autem tradere quẽadmodum unũquodq; causæ genus hinc omnibus argumentandi rationibus tractatis confirmari oporteat. Oẽs res argumentãdo confirmantur: aut ex eo ꝙ personis: aut ex eo quod negocijs attributum est. Ac personis has res attributas putamus nomen: naturam: uictum: formam: habitum: affectionẽ: studia: cõsilia: facta: casus: rõnes. Nomẽ est quod unicuiq; personæ attribuitur: quo suo quæq; proprio & certo uocabulo appellat. Ipsam naturam diffiniri difficile est. Partes autem eius enumerare eas quarum indigemus ad hanc præceptionem facilius est: hæ aũt diuino partim: partim mortali in genere uersantur. Mortalium autem pars in hominũ: pars in bestiarum genere numerantur: atq; hominũ genus in sexu consideratur: uirile an muliebre sit & in natione: patria: cognatione: ætate. Natione græcus: an barbarus. Patria atheniensis: an lacedæmonius. Cognatione: quibus maioribus: quibus consanguineis. Aetate puer: an adolescens. Natu grãdior: an senex. Præterea commoda: & incommoda considerantur a natura data animo aut corporis hoc modo: ualens an imbecilis: longus an breuis: formosus an deformis: uelox an tardus sit: acutus an hebetior: memor an obliuiosus: comis: officiosus: prudens: patiens: an cõtra: & omnia quæ a natura dantur animo & corpori in natura consideranda sunt Nam quæ industriæ comparantur ad habitum pertinẽt: de quo posterius dicendum est. In uictu: considerare opor

tet: apud quos & quo more & cuius arbitratu sit educatus: quos habuerit artium liberalium magistros: quos uiuendi praeceptores: quibus amicis utatur: quo in negocio: quaestu: artificio sit occupatus: quomodo rem familiarem administret: qua consuetudine domestica sit. In fortuna: quaeritur seruus an liber: pecuniosus an tenuis: priuatus an cum potestate. Et si cum potestate iure an iniuria: felix an clarus an contra: quales liberos habeat. At si de non uiuo quaeritur: etiam quali morte sit affectus: erit considerandum. Habitum autem appellamus animi: aut corporis constantem & absolutam aliqua in re perfectionem: aut uirtutis: aut artis alicuius perceptionem: aut quiuis scientiam. Et item corporis aliquam commoditatem non natura datam: sed studio & industria partam. Affectio est animi: aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: ut laeticia: cupiditas: metus: molestia: morbus: debilitas: & alia quae in eodem genere reperiuntur. Studium autem est animi assidua & uehemens ad aliquam rem applicatam magna cum uoluntate occupatio: ut philosophiae: poeticae: geometricae: litterarum. Consilium est aliquid faciendi: aut non faciendi uere ratio excogitata. Facta autem casus & orationes tribus ex temporibus considerabuntur: quid fecerit: aut quid ipsi acciderit: aut quid dixerit: aut quid faciat: quid ipsi accidat: quid dicat: aut quid facturus sit: quid ipsi casurũ sit: quo sit usurus oratiõe. Ac personis quidem haec uidentur attributa. Negocijs autem quae sunt atributa: partim sunt continentia cum ipso negocio:

partim in gestione negocii considerantur: partim adiuncta negocio: partim gestum negocium sequuntur. Continētia enim cū ipso negocio sunt ea quæ semper affixa esse uidentur ad rem neq; ab ea possunt separari. Ex his prima est breuis cōplexio totius negocii quæ summam continet facti hoc modo: parentis occisio: patriæ proditio. Deinde causa eius summæ per quam & quaobrem: & cuius rei causa factum sit quæritur. Deinde ante rem gestam quæ facta sunt continenter: usq; ad ipsum negocium. Deinde in ipso gerēdo quid actum sit: deinde quid postea factū sit. In gestione aūt negocii: qui locus secundus erat de iis: quæ negociis attributa sunt: quæritur: locus: tempus: modus: occasio facultates. Locus consideratur in quo res gesta sit ex oportunitate quam uideatur habuisse ad negocium administrandum. Ea autem oportunitas quæritur ex magnitudine: interuallo: longinqtate: propinquitate: solitudine: celebritate: natura: ipsius loci: ex uicinitate totius regionis. Ex his etiā attributionibus sacer an profanus: publicus an priuatus: alienus an ipsius de quo agitur locus sit: aut fuerit. Tempus autem id quo nūc utimur est. Nā ipsum quidem diffinire difficile est: pars quædam æternitatis cum alicuius anni mēsura diurna: uespertina: nocturnaue spacii ex certa significatione. In hoc & quæ præterierunt considerantur & eorū ipsorum quæ propter uetustatem obsoluerūt: ut incredibilia uideantur: & iam in fabularum numerum reponātur: & quæ iam diu gesta & a memoria nostra remota: tamē faciāt fidē uere tradita esse: q eorū monumēta certa in litteris existant: & quæ nuper gesta sint quæ

scire plæriq; possint: & item quæ instēt in præsentia: & quæ maxime fiant: & quæ cōsequātur. In qbus potest considerari quid ocius & quid serius futurum sit: & item in tempore cōmuniter perspiciendo longinqtas eius est consideranda. Nam semper oportet commetiri cum tempore negocium: & uidere potuerit ne aut magnitudo negocij: aut multitudo rerum in eo trāsigi tempore. Consideratur autem tempus: & anni: & mēsis: & diei: & noctis: & uigiliæ: & horæ: & i'aliqua parte alicuius horum. Occasio autem est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi: aut non faciendi oportunitatem. Quare cum tempore hoc differt. Nam genere quidem utrunq; idem esse intelligitur: uerum in tempore spacium quodammodo declaratur quod in annis aut in anno: aut in aliqua āni parte spectatur. In occasione ad spacium temporis faciendi quædam oportunitas intelligitur adiuncta. Quare cum genere idem sit: fit aliud ꝑ parte quadā & specie: ut diximus differat. Hæc distribuitur in tria tēpora uel genera: in publicum: cōmune: singulare. Publicū est quod ciuitas uniuersa aliqua de causa frequentat: ut ludi: dies festi bellum. Cōmune quod accidit omnibus eodem fere tempore ut messis: uindemia: calor: frigus. Singulare autem est quod aliqua de causa priuatim solet alicui accidere: ut nuptiæ: sacrificium: funus: conuiuium: somnus. Modus autem est in quo quemadmodum: & quo aio factū sit quæritur. Eius partes sūt prudētia et imprudentia. Prudētiæ autem ratio quæritur ex his quæ clam: palam: ui: persuasione fecerit. Imprudentia autem in purgationem confertur: (Eius partes sunt

inscita: casus: necessitas) & in affectionem animi: hoc est molestiam: iracundiam: amorem: & cætera quæ in simili genere uersantur. Facultates autem sunt: aut quibus facilius fit: aut sine quibus aliquid confici non potest. Adiunctum autem negocio id intelligitur: quod maius: & quod minus: & quod simile erit ei negocio de quo agitur: & quod æque magnum: & quod contrarium: & quod disparatum: & genus: & pars: & euentus. Et maius: & minus: & æque magnum ex ui: & numero: & ex figura negocij: sicut ex statura corporis: considerantur. Simile autem ex specie comparabili: aut ex conferenda atq; assimilanda natura iudicatur. Contrarium est: quod positũ in genere diuerso ab eodem: cui contrarium esse dicitur: plurimum distat: ut frigus calori: uitæ mors. Disparatum autem est id quod ab aliqua re per appositionem negationis separatur hoc modo: sapere & non sapere. Genus est quod partes aliquas amplectitur: ut cupiditas. Pars est quæ subest generi: ut amor: auaritia. Euentus exitus est alicuius negocij: in quo quæri solet: quod ex quaq; re euenerit: eueniat: euenturum sit. Quare hoc in genere: ut commodius quid euenturum sit ante animo colligi possit: quid ex quaq; re soleat euenire considerandum est hoc modo: ex arrogantia odium: ex insolentia arrogantia. Quarta autem pars ex his quæ negocijs dicebamus esse attributa: est consecutio. In hac hæ res quæruntur quæ gestum negocium consequuntur. Primum quo factum est: quo id nomine appellari conueniat. Deinde huius facti qui sunt principes & inuentores: qui deniq; auctoritatis eius & inuentionis

comprobatores atq; æmuli. Deinde & quæ ea de re & aut eius rei sit lex: consuetudo: actio: iudicium: scientia: artificium. Deinde natura eius: uenire uulgo soleat: an insolenter & raro. postea homines id sua auctoritate comprobare: an offendi in his consueuerint: & cætera quæ factum aliquod simile confestim: aut interuallo solent consequi. Deinde postremo attendendũ est: num quæ res ex his rebus quæ sunt positæ in partibus honestatis: aut utilitatis consequantur: de quibus in deliberatiuo causæ genere distinctius erit dicendum. Ac negociis quidẽ fere res hæ: quas commemorauimus sunt attributæ. Omnis autem argumentatio quæ ex his locis quos commemorauimus sumetur: aut probabilis: aut necessaria debebit esse. Etenim ut breuiter describamus: argumentatio uidetur esse inuentum ex aliquo genere rem aliquam: aut probabiliter ostendens: aut necessarie demonstrans. Necessarie demonstrantur ea quæ aliter: ac dicuntur: nec fieri: nec probari possunt: hoc modo. Si peperit cum uiro concubuit. Hoc genus argumentandi quod in necessaria demonstratione uersatur: maxime tractatur dicendo: aut per complexionem: aut per enumerationem: aut per simplicem conclusionem. Complexio est in qua utrumutrum concesseris repræhenditur in hũc modum. si improbus est: cur uteris. si probus: cur accusas. Enumeratio est in qua pluribus rebus expositis: & cæteris infirmatis una reliqua necessario confirmatur: hoc pacto. Necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum: aut metu: aut spe: aut alicuius causa amici: aut si horũ nihil est

ab hoc nō esse occisum. Nam sine causa maleficium susceptum non potest esse: sed neq; inimicitiæ fuerunt: nec metus ullus: nec spes alicuius cōmodi: neq; ad amicum eius aliquem mors eius pertinebat. Relinquitur igitur ut ab hoc non sit occisus. Simplex autem conclusio ex necessaria consecutione conficitur hoc modo. Si uos me istud eo tempore fecisse dicitis: ego autē eo ipso tempore trans mare fui: relinquitur ut id quod dicitis non modo non fecerim: sed ne potuerim quidem facere. Atq; hoc oportebit diligenter uidere: ne quo pacto genus hoc refelli possit: ut ne confirmatio modū in se argumentandi solum habeat: aut quādam similitudinem necessariæ conclusionis: uerum ipsa argumentatio ex necessaria ratione consistat. Probabile autem est: id quod fere solet fieri: aut quod in opinione est: aut quod habet in se ad hoc quādā similitudinē siue id falsum est: siue uerum. Verum in eo genere quod fere solet fieri probabile huiusmodi est. Si mater est diligit filiū. Si auarus est negligit iusiurandum. In eo quod in opinione positum est: huiusmodi sunt probabilia. Impijs apud inferos pœnas esse præparatas. Eos qui philosophiæ dent operam non arbitrari deos esse. Similitudo autem in contrarijs & in paribus: & in his rebus quæ sub eandem cadunt rationem maxime spectatur. In contrarijs hoc modo. Nā si his qui imprudēter læserunt ignosci conuenit: his qui necessario profuerunt haberi gratia non oportet. Ex pari sic. Nam ut locus in mari sine portu nauibus non potest esse tutus: sic animus amici sine fide stabilis esse non potest. In his rebus quæ sub eandem rationem cadunt: hoc

modo probabile est. Nam si rhodijs turpe non est por=
torium locare: nec Hermacreonti quidē turpe est cōdu=
cere. Hæc tum uera sunt hoc pacto. Quoniā cicatrix est:
uulnus fuit: tum uerisimilia hoc modo. Si multus erat
in calceis puluis ex itinere cum uenire oportebat. Om=
nē autē (ut certas quasdam in partes distribuamus) pro
babile quod sumitur ad argumentationē: aut signum
est: aut credibile: aut iudicatum: aut cōparabile. Signū
est quod sub sensum aliquem cadit: & quiddā signifi
cat quod ex ipso profectum uidetur: quod aut ante fue=
rit: aut in ipso negocio: aut post sit secutum: & tamen
indiget testimonij: & grauioris confirmationis: ut cru
or: fuga: pallor: puluis: & quæ his sunt similia. Credi
bile est quod sine ullo teste auditoris opinione confir=
matur: hoc modo. Nemo est qui non liberos suos incolu
mes & beatos esse cupiat. Iudicatum est res assensione:
aut auctoritate: aut iudicio alicuius: aut aliquorum com
probata. Id tribus in generibus spectatur: religioso: cō=
muni & approbato. Religiosum est quod iurati legi=
bus iudicauerūt: Cōmune est quod oēs cōmuniter pro=
barunt & secuti sunt: huiusmodi est: ut maioribus na=
tu assurgatur: ut supplicantiū misereatur. Approbatū
est quod homines cum dubiū esset: quale haberi oporte
ret sua constituerint auctoritate: ueluti Gracchi patris
factum quem populus romanus ob id factum: ꝙ insciē
te collega: in censura nihil gessit: post censurā fecit con
sulem. Comparabile autē est: quod in diuersis rebus si=
milem aliquā rationē continet. Eius sunt partes tres:
imago: collatio: exemplū. Imago est oratio demonstrās
corporū: aut naturarū similitudinē. Collatio est oratio

rem cum re similitudine conferens. Exemplũ est quod rem auctoritate: aut casu alicuius hominis aut negocij confirmat aut infirmat. Horum exempla et descriptiones in præceptis elocutionis cognoscentur. Ac fons quidem cõfirmationis ut facultas tulit apertus est. nec minus dilucide q̃ rei natura ferebat: demõstratus ẽ. Quẽadmodũ autem omnis constitutio: & pars constitutionis: & omnis controuersia siue in ratione: siue in scripto uersetur tractari debeat: & quæ in quãq; argumẽtationem cõueniat: sigillatim in secundo libro de unoquoq; genere dicemus. In præsentia tantũmodo numeros: & modos: et partes argumentandi confuse & permixte dispersimus: & post discrete: & electe: in genus quodq; causæ: quid cuiq; cõueniat ex hac copia dirigemus. Atq; inueniri quidem oīs ex his locis argumentatio poterit. Inuentam exornari: & certas in partes distingui: & suauissimum: & summe necessarium: & ab artis scriptoribus maxime neglectum. Quare et de ea re præceptione nobis & in hoc loco dicẽdum uisum est: ut ad inuentionem argumentandi quoq; absolutio adiungeretur: & magna cum cura et diligentia locus hic omnis considerandus est: q non solũ rei magna utilitas est: sed præcipiẽdi quoq; summa difficultas. Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est: aut per ratiocinationem. Inductio est oratio quæ tribus non dubijs captat assensionem eius quicum instituta est: quibus assensionibus facit ut illi dubia quædã res propter similitudinem earũ rerum: quibus assensit probetur: uelut apud socraticum Aeschinẽ demonstrat Socrates cum Xenophontis uxore: & cum ipso Xeno-

phonte Aspasiam locutam. Dic mihi inquit quæso Xe-
nophontis uxor: si uicina tua melius aurum habeat: q̃
tu habes: illius ne an tuum malis? Illius inquit: quod
si uestem & cæterum ornamentum muliebre præcij
maioris habeat q̃ tu habes: tuum ne an illius malis? Il-
lius uero. Age si (inquit) illa uirum meliorem habeat:
q̃ tu habes: uirum ne tuum: an illius malis? Hic muli-
er erubuit. Postea Aspasia cum ipso Xenophonte ser-
monem instituit. Quæso inquit Xenophon: si uicinus
tuus equum meliorem habeat: q̃ tu habes: tuũ ne equũ
malis: an illius? Illius inquit. ꝙ si fundum meliorem
habeat: q̃ tu habes: utrum talem fundum habere ma-
lis? Illum inquit meliorem scilicet. Quid si uxorem me-
liorem habeat: q̃ tu habes: utrum illius malis? Atq;
hic Xenophon quoq; tacuit post Aspasia. Quoniam
uterq; uestrum (inquit) id mihi solum non respondit:
quod ego solum audire malueram: egomet dicam quid
uterq; cogitet. Nam & tu mulier: optimum uirum ma-
uis habere: & tu Xenophon uxorem habere lectissi-
mam maxime uis. Quare nisi hæc perfeceritis ut neq;
melior uir: neq; fœmina lectior in terris sit: profecto
semper id quod optimum putabitis esse multo maxi-
me requiretis: tu ut maritus sis q̃ optimæ mulieris: hæc
ut q̃ optimo uiro nupta sit. Hic cum in rebus non du-
bijs esset assensum: factum est propter similitudinem:
ut etiam illud quod dubium uidebatur: si quis sepa-
ratim quæreret id profecto propter rationẽ rogandi cõ-
cederetur. Hoc mõ sermonis plurimũ usus ẽ Socrates:
propterea ꝙ nihil ipse afferre ad persuadẽdũ uolebat:
sed ex eo qđ sibi dederat ille quicum disputabat: ali-

quid conficere malebat:quod ille ex eo quod iam cõces
sisset necessario approbare deberet. Hoc in genere prae
cipiẽdũ nobis uidetur primũ ut illud quod inducimus
per similitudinẽ eiusmodi sit:ut sit necesse concedi:nã
quum postulabimus illud quod dubiũ sit concedi: du
bium esse idipsum quod inducimus nõ oportebit. Dein
de illud cuius causa confirmandi fiet inductio: uiden
dum est ut simile his rebus sit:quas res quasi non dubi
as ante diximus. Nam aliquod ante cõcessum nobis pro
derit si ei dissimile erit id causa cuius illud primũ cõ
cedi uoluerimus. Deinde non intelligatur quo spectẽt
illae primae inductiones & ad quem sint exitũ peruen
turae. Nam qui uidet si ei rei:quae primo rogetur recte
assenserit:illam quoq; rem quae sibi displiceat esse ne
cessario concedendã:plerũq; aut non respõdendo: aut
male respondendo longius procedere rogationem nõ
sinit. Qua ratione rogationis imprudẽs ab eo quod cõ
cessit ad id quod non uult concedere deducẽdus est. Ex
tremũ aũt aut taceatur oportet:aut cõcedatur:aut nege
tur. Si negabitur:aut ostendẽda est similitudo harum
rerum quae ante concessae sunt:aut alia utendum indu
ctione. Si concedetur concludẽda est argumẽtatio:si ta
cebitur:aut elicienda est responsio:aut quoniam tacitur
nitas imitatur confessionẽ:pro eo:ac si concessum sit cõ
cludere oportebit argumentationẽ. Ita fit genus argu
mentandi tripertitũ. Prima pars ex similitudine cõstat:
una pluribusue. Altera ex eo: quod concedi uolumus:
cuius causa similitudines adhibitae sunt. Tertia ex con
clusione quae aut confirmat confessionẽ:aut quod ex ea
conficiatur ostendit. Sed quia non satis uidebitur ali

cui dilucide demonstratũ: nisi quod ex causarum genere exemplum subiecerimus: uidetur huiusmodi quoq; utendũ exemplo: nõ ꝙ præceptio differat aut aliter hic in sermone atq; in dicendo sit utendum: sed ut horũ uoluntati satisfiat: qui quod uno in loco uiderint: alio in loco nisi monstratur: nequeunt cognoscere. Ergo in hac causa quæ apud græcos est peruagata cum Epaminundas thebanorũ imperator ꝙ ei qui sibi ex lege successerat prætor: exercitũ non tradidit: & cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset Lacedæmonios penitus deuicit: poterit accusator argumentatione uti per inductionem cum scriptum legis contra sententiam defendat ad hũc modum. Si iudices id quod Epaminundas ait: legis scriptorẽ sensisse: ascribat ad legẽ: & addat exceptionem hanc: extra quam reipu. causa exercitum non tradiderit patiemini non opinor. Quod si uosmetipsi quod a uestra religione: & sapientia remotissimũ est istius honoris causa: hanc candẽ exceptionem iniussu populi ad legem ascribi iubeatis populus thebanus id patietur ne fieri? profecto non patietur. Quod ergo ascribi ad legem nefas est: id assequi quasi ascriptum sit rectum uobis uideatur? Noui uestram intelligentiam: non potest ita uideri iudices. ꝙ si neq; literis corrigi: neq; ab alio: neq; a uobis scriptoris uoluntas potest: uidete ne multo indignius sit: id re: & iudicio uestro mutari: quod ne uerbo quidẽ commutari potest. Ac de inductione quidem satis dictum est in præsentia. Nunc deinceps ratiocinationis uim ac naturam consideremus.

DE RATIOCINATIONE. Titu. xiiii.

r Atiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens: quod expositum & per se cognitum] sua se ui: & ratione confirmet. Hoc de genere qui diligentius considerandum putauerunt: cum idem in usu dicendi sequerentur: paululum in præcipiendi ratione dissenserunt. Nam partim quinq; eius partes esse dixerunt: partim non plus q̄ in tres partes posse distribui putauerunt. Eorum controuersiam non incommodum uidetur cum utrorūq; ratione exponere. Nam & breuis est: & non eiusmodi: ut alteri prorsus nihil dicere putentur. Et locus hic nobis in dicendo minime negliḡedus uidetur. Qui putāt in quinq; distribui partes oportere: aiunt primum conuenire exponere summam argumentationis hoc modo. Melius accurantur quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps rationibus uarijs: et q̄ copiosissimis uerbis approbari putant oportere hoc modo. Domus ea: quæ ratione: regitur omnibus est constructior rebus: et apparatior: q̄ ea quæ temere & nullo consilio administratur. Exercitus is cui præpositus est sapiens: & callidus imperator: omnibus partibus commodius regitur q̄ is qui stultitia et temeritate alicuius regitur. Eadem nauigij ratio est. Nam nauis optime cursum conficit quæ scietissimo gubernatore utitur. Cum propositio sit hoc pacto approbata: & duæ partes transierint ratiocinationis: tertia in parte aiunt: quod ostendere uelis: id ex ui propositiōis oportere assumere: hoc pacto. Nihil autem omniū rerū consilio melius: q̄ omnis mūdus administratur. Huius assumptionis quarto in loco aliam porro inducunt ap

probationem:hoc modo. Nam & signorum ortus: & obitus definitum quendam ordinem seruant: & annuæ commutationes nõ modo quadam necessitate semper eodem modo fiunt:uerum ad utilitates rerum quoq; omnium sunt accommodatæ:et diurnæ:nocturnæq; uicissitudines nulla in re unq̃ mutatæ nocuerũt. q̃cq;: quæ signo sunt oĩa non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Quinto loco inducunt cõplexionẽ:eã:quæ aut id infert solũ quod ex oĩbus partibus cogitur hoc modo. Consilio igitur mũdus administratur:aut unũ in locum cũ conduxerit breuiter propositionẽ:& assumptionẽ adiungit:quid ex his conficiatur ad hunc modũ. ꝙ si melius gerũtur ea quæ consilio q̃ quæ sine consilio administrãtur. Nihil autẽ rerum omniũ melius administratur q̃ mundus. Consilio igitur mundus administratur. Quinq;pertitã igitur hoc pacto putãt argumẽtationẽ. Qui aũt tripertitã eẽ dicũt hi non aliter putant oportere tractari argumentationem:sed partitionẽ horum repræhendũt. Negãt enim neq; a propositione:neq; assumptione; approbationes earum seperari oportere:neq; propositionẽ absolutam neq; assumptionẽ sibi perfectam uideri:quæ approbatione confirmata non sit. Quare quas illi duas partes numerant propositionem & approbationem: sibi unam partem uideri propositionem : quæ si approbata non sit propositio non sit argumentationis. Item quæ ab illis assumptio & assumptionis probatio dicitur : eandem sibi assumptionem solam uideri. Ita fit ut eadem ratione argumentatio tractata aliĩs tripertita:aliĩs quinq;pertita uideatur. Quare euenit ut res no

tam ad usum dicendi pertineat q̄ ad rationem præceptionis. Nobis autem cōmodior illa partitio uidetur esse quæ in quinq̄ partes distributa est: quam omnes ab Aristotele & Theophrasto profecti: maxīe secuti sunt. Nam quemadmodū illud superius genus argumentandi quod per inductionē sumitur maxime Socrates & socratici pertractauerūt: sic hoc quod per ratiocinationem expolitur summe ab Aristotele atq̄ peripateticis: & Theophrasto frequentatū. Deinde a rhetoribus his: qui elegantissimi: atq̄ artificiosissimi probati sunt. Quare autem nobis illa magis partitio probatur dicēdum uidetur: ne temere secuti putemur: & breuiter discendū: ne huiusmodi rebus diutius: q̄ ratio præcipiendi postulat cōmoremur. Si quadam in argumentatione satis est uti propositione & non oportet adiungere approbationē propositioni: quadam autē in argumentatione infirma est propositio nisi adiūcta sit approbatio: separata est quadā a propositione approbatio: quod enim adiūgi: & separari ab aliquo potest id non pōt idem esse quod est id ad quod adiūgitur: & a quo separatur. Est autē quedam argumentatio: in qua propositio nō indiget approbatiōe: & quædā: in qua nihil ualet sine approbatione: ut ostendemus. Separata est igitur a propositione approbatio. Ostēdetur autē id quod polliciti sumus hoc modo. Quæ propositio in se quiddam continet perspicuū: & quod stare inter omnes necesse est: hanc uelle & approbare et affirmare nihil attinet. Ea est huiusmodi. Si quo die romæ ista cædes facta est: ego Athenis eo die fui interesse in cæde non potui: hoc quia perspicue uerū est: nihil attinet approba

ri. Quare assumi statim oportet hoc modo. Fui autem Athenis eodem die: hoc si non constat: indiget approbationis: qua inducta complexio consequitur. Est igitur quædam propositio: quæ non indiget approbatione: nam esse quidem quādam quæ indigeat quid attinet dicere: quod cuiuis facile perspicuum est. Quod si ita est: ex eo quod proposueramus: hoc conficitur: separatam esse quādam approbationem a propositione. Si autem ita est: falsum est non esse plusq̈ tripertitā argumentationem. Simili modo licet alteram quoq̃ approbationem ab assumptione separatam ostendere. Si quadam in argumentatione satis est uti assumptione: quadam autem in argumentatione infirma est assumptio: nisi adiuncta sit approbatio: separatum quiddam est extra assumptionem approbatio. Est autē argumentatio quædam: in qua assumptio non indiget approbationis: quædam autem in qua nihil ualet sine approbatione: ut ostendemus: separata est igitur ab assumptione approbatio: ostēdemus autem quod polliciti sumus hoc modo. Quæ perspicuam in omnibus ueritatē continet assumptio: nihil indiget approbatiōis: ea est eiusmodi. Si oportet uelle sapere: dare operā philosophiæ conuenit. Hæc propositio indiget approbationis. Non enim perspicua est: neq; constat inter omnes: propterea q̄ multi nihil prodesse philosophiā: plæriq; etiam obesse arbitrantur. Assūmptio perspicua est: est enim hæc: oportet autem sapere. Hoc autem quia ipsum ex re perspicitur & uerum esse intelligitur nihil attinet approbari. Quare statim concludenda est argumentatio. Est ergo assumptio quædam quæ non indiget ap-

probationis. Nam quãdam indigere perſpicuũ eſt. Se‐
parata eſt igitur ab aſſumptione approbatio. Falſum
eſt igitur non eſſe pluſq̃ tripertitã argumẽtationem.
Itaq; ex his illud iam perſpicuum eſt eſſe quandã ar‐
gumentationẽ: in qua neq; propoſitio neq; aſſumptio
indiget approbationis: hmõi eſt (ut certum quiddã & breue exempli cauſa ponamus) Si ſummoperæ ſapien
tia eſt petẽda: ſummopere ſtultitia uitãda eſt: ſummo‐
pere aũt ſapientia petẽda eſt: ſummopere igitur ſtul‐
titia uitanda eſt. Hic & aſſumptio & propoſitio per‐
ſpicua eſt. Quare neutra quoq; indiget approbatione.
Ex hiſce oĩbus illud perſpicuũ eſt: tum adiũgi appro‐
bationẽ: tum non adiungi. Ex quo cognoſcitur neq; in
propoſitione: neq; in aſſumptione cõtineri approbatio
nem: ſed utrãq; ſuo loco poſitã uim ſuã tanq̃ certã: & propriã obtinere. Quod ſi ita eſt cõmode partiti ſunt il
li: qui in quinq; partes diſtribuerũt argumentationẽ.
Quinq; ſunt igitur partes eius argumẽtationis: quæ
per rõcinationẽ tractatur. Propoſitio per quã breuiter
locus hic exponitur: ex quo omnis uis oportet manet
rõcinationis. Approbatio per quã id quod breuiter ex‐
poſitũ eſt: rõnibus approbatũ probabilius: & apertius
fit. Aſſumptio per quã id quod ex propoſitiõe ad oſtẽ
dendũ pertinet aſſumitur. Aſſumptionis approbatio:
per quã id quod breuiter expoſitum eſt rõnibus firma‐
tur. Cõplexio per quã id quod cõficitur ex oĩ argumẽ‐
tatione breuiter exponitur. Quæ plurimas habet argu
mẽtatio partes ea conſtat ex his quiq; partibus. Secũda
eſt quadripertita. Tertia eſt tripertita: deinde bipertita
quod in cõtrouerſia eſt. De unaquaq; parte põt aliqui

uideri posse cõsistere. Eorũ generũ quæ dubia sunt rõnes afferemus. Eorũ quæ cõsistũt exẽpla ponemus. Quinq; pertita argumentatio est hmõi. Oẽs leges iudices ad cõmodũ reipu. referri oportet: & eas ex utilitate cõi nõ ex scriptione quæ litteris ẽ interprætari. Ea eni uirtute & sapiẽtia maiores nostri fuerũt: ut in legibus scribendis nihil sibi aliud: nisi salutẽ & reipu. utilitatẽ proponerẽt. Neq; eni ipsi quod obesset scribere uolebant: & si scripsissent cũ esset intellectũ: repudiatũ iri legẽ intelligebãt. Nemo eni leges legũ cã saluas ẽẽ uult: sed reip. q ex legibus oẽm rẽpu. optime putãt administrari. Quãobrem igitur leges seruari oportet ad eam cãm scripta oĩa interprætari cõuenit: hoc est quoniã reipu. seruimus: ex reipu. cõmodo atq; utilitate interprætemur. Nã ut ex medicina nihil oportet putari proficisci: nisi quod ad corporis utilitatẽ spectet: quoniã eius cã est instituta: sic a legibus nihil cõuenit arbitrari: nisi quod reip. cõducat: proficisci: quoniã eius cã sũt cõparatæ. Ergo i hoc quoq; iudicio desinite litteras legis scrutari & legẽ ut æquũ est: ex utilitate reipub. cõsiderate. Quid eni magis utile fuit thebanis q̃ lacedæmonios opprimi. Quid magis epaminũdã thebanorũ iperatorẽ q̃ uictoriæ thebanorũ cõsulere decuit. Quid hũc tanta thebanorũ gloria tã claro tã exornato tropheo carius atq; antiquius habere cõuenit? Scripto uidelicet legis omisso: scriptoris sententiam considerare debuit. Atq; hoc idem consideratũ satis est: nullã esse legẽ: nisi reipu. causa scriptã. Summã igitur amentiã putabãt esse quod scriptũ erat reipu. causa salutis: id nõ ex reipu. salute interprætari. Quod si leges oẽs ad utilitatẽ reip.

referre conuenit:hoc autē reipu.profuit:profecto eodē non potest facto & cōmunibus fortunis cōsuluisse & legibus non obtemperasse. Quattuor aūt partibus constat argumētatio: cum autem proponimus: aut assumimus sine approbatione. Id facere oportet: cum aut propositio ex se intelligitur: aut assumptio perspicua est: & nullius approbatiōis indiget. Propositionis approbatione præterita: quattuor ex partibus argumentatio tractatur ad hūc modum. Iudices qui ex lege iurati iudicatis: legibus obtemperare debetis. Obtēperare autem legibus non potestis: nisi quod scriptum est in lege sequamini. Quod enim certius legis scriptor testimoniū uoluntatis suæ relinquere potuit: q̄3 quod ipse magna cum cura: atq; diligentia scripsit? Quod si litteræ non extarent: magnopere eas requiremus: ut ex his scriptoris uoluntas cognosceretur. Næc tamē Epaminundæ permitteremus: etiā si extra iudicium quid esset ut is nobis sententiā legis interprætaretur: nedum non istud patiamur: cum præsto lex sit: non ex eo quod apertissime scriptum est: sed ex eo quod suæ causæ cōuenit scriptoris uoluntaiē interprætari. Quod si uos legibus obtēperare debetis: & id facere nō potestis: nisi quod scriptū est in lege sequamini: q̄d dubitatis quin istū cōtra legē fecisse iudicetis? Assumptionis aūt approbatione præterita: sic fit argumentatio. Qui sæpenumero nos perfidia fefellerūt: eorū orōni fidē habere nō debemus. Si q̄d cui perfidia illorū detrimēti acceperimus: nemo erit præter nosmetipsos quem iure accusare possimus. Ac primo q̄dē decipi incōmodū est: iterū stultū: tertio turpe. Carthaginēses uero persæpe iā nos fefellerunt.

Sūma igitur amētia est in eorū fide spem habere: quorū perfidia totiēs deceptus sis. Vtraq; approbatiōe praeterea tripertita fit hoc pacto: aut metuamus carthaginenses oportet: si incolumes eos reliquerimus: aut eorū urbē diruamus. At metuere qdē nō oportet. Restat igitur: ut urbē diruamus. Sūt aūt qui putāt nōnunq̄ posse cōplexione oportune supersederi: cū id perspicuum sit: quod cōficiatur ex rōcinatione. Quod si fiat: bipertitā quoq; fieri argumentationē hoc modo. Si peperit uirgo nō est. peperit aūt. Hic satis esse dicūt proponere & assūmere: quoniā perspicuū sit quod conficiatur ex ratiocinatione. Quod si fiat cōplexionis rem nō indigere. Nobis aūt uidetur: & ois rōcinatio concludēda esse: & illud uitiū quod illis displicet magnopere uitādū: ne quod perspicuū sit: id in cōplexionē iferamus. Hoc aūt fieri potuerit si cōplexionū genera itelligētur. Nā aut ita cōplectimur: ut in unū cōcludamus propositionem & assūptionē hoc modo. Quod si leges omnes ad utilitatē reipu. referri cōuenit: hic aūt reip. profuit. profecto nō potest eodē pacto et saluti cōi consuluisse: & legibus nō obtēperasse. Aut ita: ut ex cōtrario sentētia cōficiatur: hoc modo. Sūma igitur amētia est in eorū fide spem habere: quorum perfidia totiēs deceptus sis. Aut ita: ut id solū quod cōficitur inferatur ad hūc modū. Vrbē igitur diruamus. Aut id: quod eā rē quae conficitur: sequatur necesse est: id est hmōi. Si peperit: cum uiro cōcubuit: peperit aūt. Cōficitur hoc modo: cōcubuit igitur cū uiro. hoc si nolis inferre: & inferas quod idē sequitur: fecit igitur incestū: & cōcluseris argumentationē & perspicuā feceris cōplexionē. Quare in lōgis

argumẽtationibus ex conductionibus aut ex contrario complecti oportet. In breuibus id solũ quod conficitur exponere: in his in quibus exitus perspicuus est: consecutione uti. Si qui aũt ex una parte putabũt cõstare argumẽtationẽ poterũt dicere sæpe satis hoc modo argumentationẽ facere. Quoniã peperit cũ uiro concubuit: nã hoc nullius neq; approbationis: neq; complexionis indiget. Sed ij nobis ambiguitate nois uidẽtur errare. Nã & argumẽtatio: noie uno res duas significat. Ideo ꝙ & inuentũ aliquã in rẽ probabile: aut necessariũ argumẽtatio uocatur: & eius inuenta artificiosa expolitio. Quãdo igitur proferũt aliquid hmõi. Quoniã peperit: cũ uiro cõcubuit: inuentũ proferũt non expolitionẽ. Nos autẽ de expolitionis partibus loquimur. Nihil igitur ad hanc rẽ ratio illa pertinebit: atq; hac dictiõe alia quoq; quæ uidebũtur officere huic partitioni propulsabimus. Si q̃ aũt assumptionẽ aliquãdo tolli posse putẽt aut propositionẽ. Quæ si q̃d habet probabile: aut necessariũ: quoquo modo cõmoueat audire necesse est. Quod si solũ spectaretur: id quod inuẽtũ ẽ: ac nihil hoc pacto tractaretur id quod eẽt excogitatũ referret: nequaq̃; inter sũmos oratores & mediocres intereẽ existimaretur. Variare aũt orõnẽ magnopere oportebit. nã oĩbus in rebus: similitudo est satietatis mater. Id fieri poterit: si nõ similiter semper ĩgrediamur ĩ argumẽtationẽ. Nã primũ oĩm in generibus ipsis distinguere cõuenit: hoc est tũ inductione uti: tũ rõcinatione. Deĩde in ipsa argumẽtatione nõ semper a propositiõe incipere: nec semper quinq; partibus uti: nec eadẽ rõne expolire partitiones: sed tũ ab assumptione incipere licet: tũ ab

approbatione alterutra:tū utraq;:tū hoc: tū illo generē cōplexionis uti. Id ut perspiciamus:aut scribamus: aut in quolibet exēplo de his: quæ proposita sunt:hoc idē exerceamus:facile sit factu. Ac de partibus qdē argumētationis satis nobis dictū uidetur. Illud aūt uolumus probe intelligi nos tenere. Alijsq; rōnibus tractari argumētationes in philosophia multis & obscuris: de qbus certū:est artificiū constitutū:uerū illa nobis ab usu oratoris uisa sunt aliena. Quæ pertinere aūt ad dicēdū putamus:ea nos cōmodius q̄ cæteros attēdisse nō affirmamus: sed perquisitius & diligentius perscripsisse pollicemur. Nunc ut statuimus proficisci ordine ad reliqua pergemus.

DE REPRAEHENSIONE. Ti.xv.

r Epræhēsio est per quā argumētādo aduersariorū confirmatio diluitur:aut affirmatur:aut alleuiatur. hæc fonte īuētiōis eodē utetur quo utitur cōfirmatio:propterea q̄ qbus ex locis aliqua res cōfirmari pōt ijsdē pōt ex locis īfirmari: nihil eni cōsiderādū est in his oībus īuētionibus: nisi id quod personæ aut negocijs attributū est. Quare inuentionē:& argumētationū expolitionē ex illis quæ ante præcepta sūt hāc quoq; ī partē orōnis trāsferri oportebit:uerūtamē ut quædā præceptio detur : huius quoq; partis exponemus mōs repræhēsionis:quos q obseruābūt:facilius ea quæ cōtradicūtur diluere: aut īfirmare poterūt. Oīs argumētatio repræhenditur:si aut ex his quæ sumpta sunt:non conceditur aliquid unum pluraue:aut his concessis complexio confici ex his negatur:

aut si genus ipsum argumentationis uitiosum ostenditur: aut si contra firmam argumentationē alia æque firma: aut firmior ponitur. Ex his quæ sumuntur aliqd non conceditur: cū aut id quod credibile dicūt negatur esse huiusmodi: aut quod comparabile putant: dissimile ostenditur: aut iudicatum aliam in partem traducitur: aut omnino iudicium improbatur: aut quod signum esse aduersarij dixerunt: id eiusmodi negatur esse: aut si complexio: aut ex una: aut ex utraq; parte reprehenditur: aut si enumeratio falsa ostenditur: aut si simplex conclusio mali aliquid continere demonstratur. Nam omne quod sumitur ad argumentandū: siue pro probabili: siue pro necessario: necesse est sumatur ex his locis: ut ante ostēdimus. Quod pro credibili sumptū erit: id infirmabitur: si aut perspicue falsum erit: hoc modo. Nemo est: qui non pecuniam q̄ sapientiam malit: quin ex contrario quoq; credibile aliquid habebit hoc modo. Quis est qui non officij cupidior sit q̄ pecuniæ. Aut erit omnino incredibile: ut si aliquem constet esse auarum & dicat alicuius mediocris officij causa se maximam pecuniā neglexisse. Aut si quod in quibusdam rebus: aut hominibus accidit: id oībus dicatur usu euenire hoc pacto. Qui pauperes sunt his antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus est: in eo cædem factam esse oportet: in loco celebri homo occidi qui potuit? Aut si id quod raro fit: fieri omnino negatur: ut Curius pro fuluio. Neq; nemo potest uno aspectu neq; præteriens in amorē incidere. Quod aūt pro signo sumetur id ex ijsdē locis quibus cōfirmatur ifirmabitur. Nā in signo primo uerū esse ostēdi oportet. Deide eius

esse rei signum proprium qua de agitur: ut cruorem: cædis. Deinde factum esse quod non oportuerit: aut non factum quod oportuerit. Postremo scisse eum de quo quæritur eius rei legem & consuetudinem. Nam hæ res sunt signo attributæ quas diligentius aperiemus cum separatim de ipsa coniecturali constitutione dicemus. Ergo unũquodq; horum repræhensione: aut non signo esse: aut parum magno esse: aut ab se potius q̃ ab aduersariis stare: aut oĩno falsum dici: aut in aliam quoq; suspitionẽ duci posse demonstrabitur. Cũ autem pro cõparabili aliquid inducetur: quoniam id per similitudinẽ maxime tractatur in repræhendendo conueniet simile id negare esse: quod confertur ei q̃ cum confertur. Id fieri poterit: si demõstrabitur diuersum esse genere: natura: ui: magnitudine: tẽpore: loco: persona: opinione: ac si quo in numero illud quod per similitudinẽ afferetur: quo in loco hoc genus eius cuius causa afferetur haberi cõuenit: ostendetur: deinde quid res cum re differat demonstrabimus: ex quo docebimus aliud de eo quod cõparabitur: & de eo qui cum cõparabitur existimari oportere. Huius facultatis maxime indigemus: cum ea ipsa argumẽtatio quæ per inductionem tractatur erit repræhendenda. Si iudicatum aliquod inferetur: quoniã id ex his locis maxime firmatur: laude eorũ: qui iudicauere similitudine eius rei qua de agitur: ad eam rem qua de iudicatum est: et cõmemorando nõ modo non esse repræhensum iudiciũ: sed ab omnibus approbatum: & demonstrando: difficilius et maius fuisse adiudicatũ quod afferatur: q̃ id quod instet. Contrariis locis: si res aut uera aut uerisimilis per-

mittat infirmari oportebit:atq; erit obseruandũ diligẽter ne nihil ad id pertineat id quod iudicatum est: & uidendũ est num ea res proferatur:in qua sit ostensum ut de ipso qui iudicauerit iudiciũ fieri uideatur. Oportet autẽ animaduertere:ne cũ aliter sint multa iudicata solitarium aliquod:aut rarum iudicatum afferatur. Nam ijs rebus auctoritas maxie potest infirmari: atq; ea argumenta quidem quæ quasi probabilia sumẽtur ad hunc modum tentari oportebit: quæ uero sicuti necessaria dicentur:ea si forte imitabuntur non necessariam argumentationẽ:neq; erunt eiusmodi sic repræhendentur. Primum complexio quæ utrũutrum concesseris tolli debet. Si uera est nunq̃ repræhendetur: sin falsa duobus modis:aut conuersione:aut alterius partis infirmatione. Conuersione hoc modo. Nam si ueretur quid eum accusas qui est probus? si inuerecũdum animi possidet ingeniũ quid eũ accuses: qui id parui auditu existimet. Hic siue uereri dixeris:siue non:cõcedẽdum hoc putat:ut neges esse accusandum:quod conuersione sic repræhendetur:Immo uero accusandus est: nam si ueretur accuses. Non enim parui auditu existimabit:si inuerecundũ animi ingenium possidet: tamẽ accuses. Nõ enim probus est. Alterius autẽ partis infirmatione hoc modo repræhẽditur uerũ si ueretur accusatione tua correptus ab errato recedet. Enumeratio uitiosa itelligitur si aut præteritũ quiddã dicemus quod uelimus cõcedere: aut infirmũ aliqd enumeratũ quod aut contradici possit:aut causa nõ sit quare nõ honestũ possumus cõcedere. Præteritur qddã in eiusmodi enumerationibus:quoniã habes istũ equũ aut emeris opor

tet: aut hæreditate possideas: aut munere acceperis: aut domi tibi natus sit: aut si horũ nihil est surripueris necesse est. Sed nõ emisti: neq; hæreditate uenit: neq; domi tibi natus est: neq; dono accepisti necesse ẽ ergo surripueris. Hoc cõmode repræhẽditur: si dici possit ex hostibus equus est captus q̃ prædæ sectio ne uenerit. Quo illato infirmatur enũeratio: quoniã id sit inductũ quod præteritũ est in enũeratione. Altero aũt mõ repræhẽditur: si aut cõtra aliq̃d dicetur: hoc est exẽp li causa (ut in eodẽ uersemur) si poterit ostẽdi hæreditate uenisse: aut si extremũ illud nõ erit turpe cõcedere: ut si q̃s cũ dixerint aduersarij: aut insidias facere uoluisti: aut amico morẽ gessisti: aut cupiditate elatus es: amico morẽ gessisse fateatur. Simplex aũt cõclusio repræhenditur: si id quod seq̃tur nõ uideatur: necessario cũ eo quod ante sit cohærere: nã hoc quidẽ si spiritũ ducit uiuit. Si dies est lucet. Eiusmodi est ut cũ priore necessario posterius cohærere uideatur. Hoc aũt si mater est: diligit filiũ: si aliquãdo peccauit: nũq̃ corrigetur: sic cõueniet repræhendi: ut demõstretur nõ necessario: cũ priore posterius cohærere. Hoc genus: & cætera necessaria: & omnis argumentatio: & eius repræhensio maiorem quidem uim continet: & latius patet: q̃ hic exponitur: sed eius artificij cognitio huiusmodi est ut non ad alicuius artis partem aliquã adiungi possit: sed ipsa separatim lõgi temporis: & magnæ atq; arduæ cogitationis indigeat: quare illa nobis alio tempore atq; ad aliud institutum si facultas erit explicabuntur: nunc his præceptionibus rhetorum ad usum oratorium nos contentos esse oportebit. Cum igitur ex his quæ sumũtur aliq̃d nõ

conceditur sic infirmabitur. Cũ autẽ his concessis cõplexio ex his nõ conficitur: hæc erũt considerãda: num aliud conficiatur: aliud dicatur: hoc modo. Si cum aliquis dicat se profectũ esse id exercitum cõtra eum quis uelit hac argumentatione uti. Si uenisses ad exercitũ: a tribunis militaribus uisus esses: non es aũt uisus ab his: non es igitur profectus ad exercitũ. Hic cũ concesseris propositionẽ: & assumptionẽ: complexio infirmanda est. Aliud enim q̃ colligitur illatũ est. Ac nũc quidem quo facilius res cognosceretur perspicuo & grandi uitio præditũ posuimus exemplũ: sed sæpe positũ obscurius uitium pro uero probatur: cũ aut parũ memineris quod concesseris: aut ambiguũ aliquod pro certo concesseris. Ambiguũ si concesseris ex ea parte quã ipse intellexeris: eam partẽ: si aduersarius ad aliã partẽ per complexionẽ uelit accõmodare demõstrare oportebit: nõ ex eo quod tu cõcesseris: sed ex eo quod ille sumpserit cõfici cõplexionẽ ad hunc modũ. Si indigetis pecuniæ: pecuniã nõ habetis: & si pecuniã non habetis: pauperes estis. Indigetis autẽ pecunia: mercaturæ enim nisi ita esset operã nõ daretis: pauperes igitur estis. Hoc sic repræhenditur: cũ dicebas: si indigetis pecuniæ: pecuniã non habetis: hoc intelligebã: si propter inopiam in egestate estis: pecuniã nõ habetis: & iccirco concedebã: cum autẽ hoc sumebas: indigetis autẽ pecuniæ illud accipiebam. Vultis autem pecuniæ plus habere. Ex quibus cõcessionibus nõ conficitur hoc. Pauperes igitur estis: conficeretur aũt si tibi primo quoq; hoc concessissem: q̄ pecuniã maiorem uellet habere: cũ pecuniam non habere. Sæpe aũt oblitũ putant quod cõcesseris: et iccirco quod

nõ cõficitur quasi cõficiatur in cõclusione infertur hoc modo.si ad illum hæreditas ueniebat:uerisimile est ab illo hæreditate eẽ necatũ:deide hoc approbãt plurimis uerbis:post assumũt:ad illũ hæreditas ueniebat:deinde infertur.Ille igitur occidit.Idq; ex his quæ sumpserãt non cõficitur. Quare obseruare diligenter oportet:& quid sumatur.& quid ex his cõficiatur.Ipsum aũt genus argumentationis uitiosum his de causis ostẽdetur: si aut in ipso uitium erit:aut si non ad id quod instituetur:accõmodabitur.Atq; in ipso uitiũ erit:si omnino totum falsum erit:si cõmune:si uulgare:si leue : si remotum:si mala definitio:si controuersum:si perspicuũ:si non concessum:si turpe:si offensum:si cõtrarium:si cõstans:si aduersum.Falsum est:in quo perspicue mendacium est hoc modo.Non potest esse sapiens qui pecuniã negligit.Socrates autẽ pecuniã neglexit:nõ igitur sapiens fuit.Cõmune est quod nihilo magis ab aduersariis:q̃ a nobis facit:hoc modo. Icciro iudices quia uerã causam habebam breui peroraui. Vulgare est:quod in aliam quoq; rem nõ probabilẽ : si nõ cõcessum sit trãsferri possit:ut hoc modo.si ueram causam non haberet: se uobis iudices non cõmisisset. Leue est : quod aut post tempus dicitur hoc modo:si in mentẽ uenisset nõ cõmisisset.Aut perspicue rẽ turpẽ leui tegere uult defensione.Cum te spectabant oẽs florentissimo regno:reliqui: nũc desertum ab omnibus summo periculo solus:ut restituam paro. Remotũ est:quod ultra q̃ satis est : petitur hmõi.q̇ si non.P.Scipio Corneliã filiam Tyberio Graccho collocasset:atq; ex ea duos filios Gracchos procreasset:tantæ seditiones natæ non essent. Quare hoc

incōmodum: Scipioni aſcribendū uidetur. Huiuſmodi eſt illa quoq; conqueſtio. Vtinā ne in nemore pelio ſecuribus cæſa: cecidiſſet ad terrā trabes. Longius enim repetita eſt: q̄ res poſtulabat. Mala diffinitio eſt: cū aut cōmunia deſcribit hoc modo. Seditioſus eſt is: qui malus eſt: aut inutilis ciuis eſt. Nā hoc non magis ſeditioſi q̄ calūniatoris: q̄ ambitioſi: q̄ alicuius improbi hōis uim deſcribit. Aut falſum quiddā dicit hoc pacto. Sapientia eſt pecuniæ quærendæ intelligentia. Aut aliquid non graue: nec magnū cōtinēs: ſic ſtultitia eſt immenſæ gloriæ cupiditas. Eſt hæc quidem ſtultitia: ſed ex parte quadā non ex omni genere diffinita. Controuerſum eſt: in quo ad dubium demonſtrandum dubia cauſa affertur: hoc modo. Eho tu dij quibus eſt poteſtas motus ſuperum atq; inferum pacem inter ſe conciliant: conferūt concordiā. Perſpicuum eſt: de quo nō eſt controuerſia: ut ſi quis cum Oreſtē accuſet planū faciat ab eo matrem eſſe occiſam. Non conceſſum eſt: cum id quod agitur in controuerſia eſt: ut ſi quis cum Vlyſſem accuſes in hoc maxime cōmoretur. indignum eſſe ab homine ignauiſſimo uirum fortiſſimū Aiacē eſſe necatū. Turpe eſt quod aut eo loco in quo dicetur: aut hoīe q̄ dicat: aut eo tēpore quo dicitur: aut his qui audiunt: aut ea re de qua agitur indignū propter inhoneſtū uidetur. Offenſum eſt: quod eorū q̄ audiūt uoluntatē lædit: ut ſi apud equites romanos cupidius iudicādi: Scipionis legem agrariā laudet. Cōtrarium eſt: quod cōtra ea dicitur: quæ hi qui audiūt fecerūt: ut ſi q̄s apud Alexādrū macedonē dicēs cōtra aliquem urbis expugnatorē diceret: nihil eſſe crudelius q̄ urbes diruere: cū ipſe Alexā

der thebas diruisset. Incōstās est:qđ ab eodē de eadē re diuerse dicitur:ut si quis cū dixerit ꝙ uirtutē habeat cū nullius rei ad bene uiuendū indigere:neget aūt postea sine bona ualitudine possē uiuere. Aut se amico adesse propter beniuolentiā:sperare tamē aliquid cōmodi ad se peruēturū. Aduersum est:quod ipsi causæ aliqua ex parte officit:ut si ꝗs hostiū uim:& copias & fœlicitatē augeat:cū ad pugnādum milites adhortetur. Si nō ad id quod instituitur accōmodabitur aliqua pas argumē tationis horū aliquo in uitio reperietur. Si plura pollicitus:pauciora demōstrabit. Aut si cū totū debebit ostendere de parte aliqua loquatur hoc mō. Mulierū genus auarū est. Nā Eriphyle auro uiri uitam uēdidit. Aut si nō id quod accusabitur defendet. Vt si quis cū ambitus accusabitur:manu se fortē esse defendet : ut Amphion apud Euripedem. Item apud Pacuuium qui uituperata musica sapientiā laudat. Aut si res ex uitio hominis uituperabitur : ut si quis doctrinam ex alicuius docti uitiјs repræhendat. Aut si:qui cum aliquem uolet laudare de fœlicitate eius:non de uirtute dicat. Aut si rem cum re ita comparabit:ut alteram se non putet laudare nisi alterā uituperarit. Aut si alteram ita laudet ut alterius non faciat mentionem : ut si quis cum aliqui deliberent bellum geratur an non : pacem laudet omnino non illud bellum inutile esse demonstret. Aut si cum de certa re quæretur de cōmuni instituetur oratio. Aut si ratio alicuius rei reddetur falsa : hoc modo. pecuniam habere bonum esse:propterea ꝙ ea maxime uitam beatam efficiat. Aut si infirma ut Plau. Amicū castigare ob meritam noxam imane est facinus:uerum in

ætate utile:& conducibile. Nam ego amicū hodie meū non castigabo pro cōmerita noxa. Aut eadem : hoc modo. Maximū malum est auaricia. Multos enim magnis incōmodis afficit pecuniæ cupiditas. Aut parū idonea: hoc modo. Maximū bonū est amicitia : plurimæ enim delectationes sunt in amicitia. Quartus modus erat repræhensionis per quē contra firmam argumentationē æque firma:aut firmior ponitur. Hoc genus in deliberationibus maxime uersabitur cum aliquid quod cōtra dicatur æquum esse concedimus:sed id quod nos defendimus necessariū esse demonstremus. Aut cum id quod illi defendant utile esse fateamur : quod nos dicamus honestum esse demōstremus. Ac de repræhensione quidem hæc existimauimus esse dicenda. Deinceps nūc de conclusione dicemus. Hermagoras autem digressionē: deinde postremā conclusioē ponit. In hac autem digressione ille putat oportere quandā inferri orationē a causa atq; a iudicatione ipsa remotam:quæ aut sui laudē: aut aduersarii uituperationē contineat:aut in aliā causam deducat:ex qua conficiat aliquid confirmationis: aut repræhensionis nō argumentādo:sed augendo per quandam amplificationē. Hanc si quis partem putat esse orationis sequatur licebit. Nam & augendi:et laudandi:& uituperandi : præcepta a nobis partim data sunt:partim suo loco dabuntur. Nobis autem hoc placuit hanc partē in numero reponi:quia de causa digredi nisi per locū cōmunē displicet. Quo de genere posterius est dicendum : laudes autem & uituperationes non separatim placet tractari:sed in ipsis argumētationibus esse implicatas. Nunc de conclusione dicemus.

DE CONCLVSIONE. Titu.xvi.

Conclusio est exitus & determinatio totius orõnis. Hæc habet partes tres: enumerationẽ: indignationẽ: cõquæstionẽ. Enũeratio est per quam res dispersæ & diffusæ dictæ unum in locum cogũtur: & reminiscendi causa unum sub aspectum subĳciuntur. Hoc si semper eodem modo tractabitur perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur. Sin uariæ: & satietatem: & hãc suspitionem uitare poterit. Quare tum oportebit ita facere ut plæriq; faciunt propter facilitatem singulatim unãquãq; rem attingere: & ita omnes transire breuiter argumentationes: tum autem id quod difficilius est dicere: quas partes exposueris in partitione de qbus te pollicitus sis dicturum: & reducere in memoriam quibus rationibus unamquãq; partem confirmaris: tum ab his qui audiunt quærere quid sit: quod sibi uelle debeant demõstrari: hoc modo. Illud docuimus: hoc planum fecimus ita simul & in memoriam redibit auditor: & putabit nihil esse præterea quod debeat desiderare: atq; in his generibus: ante dictum est: tum tuas argumẽtationes transire separaim: tum id quod artificiosius est: cum tuis argumentationes contrarias coniungere: & cum tuas dixeris argumentationes: tum contra eas quod afferetur quẽadmodum dilueris ostendere. Ita per breuem comparationem auditoris memoria & de confirmatione & repræhensione integrabitur. Atq; hoc alĳs actionis quoq; modis uariare oportebit. Nam ex tua persona tum enumerare possis ut quid & quo

quicq; loco dixeris admoneas: tum uero personam: aut rem aliquam inducere & enumerationem ei totam attribuere. Personam hoc modo. Nam si legis scriptor existat: & quærat sic a uobis: quid dubitetis: quid poscatis dicendum uobis: cum hoc & hoc sit uobis demõstratum. Atq; hoc item ut in nostra persona licebit alias sigillatim trãsire omnes argumentationes: alias ad partitiones singula genera referre: alias ab auditore quid desideret quærere: alias hæc facere per comparationem suarum & contrariarum argumentationũ. Res autem inducetur: si alicui rei huiusmodi legi: loco: urbi: munimento attribuetur. Oratio per enumerationem hoc pacto. Quod si leges loqui possent: nonne apud uos quærerentur? Quid amplius iudices desideratis: cum uobis hoc et hoc planum factum sit. In hoc quoq; genere omnibus eisdem modis uti licebit. Cõmune autem præceptum hoc datur ad enumerationem: ut ex unaquaq; argumentatione: quoniam tota iterum dici non potest: id eligatur: quod erit grauissimum: & unũquodq; q̃ breuissime transeatur: ut memoria non oratio renouata uideatur. Indignatio est oratio per quam conficitur: ut in aliquem hominem magnum odium: aut in rem grauis offensio cõcitetur. In hoc genere illud primum intelligi uolumus: posse oĩbus ex locis: his quos in confirmationis præceptiõe posuimus tractare indignationem. Nam ex his rebus quæ personis aut negotijs attributæ sunt: quæuis amplificationes nasci possunt: sed tamen ea: quæ separatim de indignatione præcipi possunt consideremus. Primus locus sumitur ab auctoritate: cum memoramus quantæ curæ res ea fuerit, dijs im-

mortalibus aut eis quorum auctoritas grauissimo de-
beat esse: qui locus sumitur ex sortibus: oraculis: uati-
bus: ostentis: prodigiis: responsis: gẽtibus: hominibus sa
pientissimis: senatu: populo: legum scriptoribus. Secũ-
dus locus est per quem illa res ad quos pertineat cum
amplificatiõibus per indignationem ostẽditur: aut ad
omnes: aut ad maiorem partem: quod atrocissimum est:
aut ad superiores: quales sunt hi: quorum ex auctorita-
te indignatio sumitur: quod indignissimum est: aut ad
pares animo: fortuna: corpore: quod iniquissimum est:
aut ad inferiores: quod superbissimum est. Tertius lo-
cus est: per quem quærimus quidnam sit euenturum: si
idem cæteri faciant: & simul ostendimus: si concessum
sit multos æmulos eiusdẽ audaciæ futuros: ex quo qd
mali sit euenturum demõstrabimus. Quartus locus est:
per quem demõstramus multos alacres expectare quid
statuant: ut ex eo quod uni cõcessum sit sibi quoq; tali
de re quid liceat: intelligere possint. Quintus locus est:
per quẽ ostẽdimus cæteras res perperã cõstitutas: intel
lecta ueritate cõmutatas corrigi posse. Hãc esse rẽ quæ
si semel sit iudicata neq; alieno iudicio commutari: ne
q; ulla potestate corrigi posse. Sextus locus est: per
quem consulto & de industria factum ostenditur: et
illud adiungitur uoluntario maleficio ueniã dari non
oportere: imprudentiæ concedi nonnunq̃ conuenire.
Septimus locus est per quem indignamur quod tetrũ:
crudele: nefarium: tyrannicum factum esse dicimus:
per uim: manum opulentam: quæ res ab legibus: ab
æquali iure remotissima sit. Octauus locus est: per
quem demonstramus non uulgare: neq; factitatum

esse: ne ab audacissimis quidem hominibus id malefa-ctum de quo agitur: atq; id a feris hominibus: & a barbaris gentibus: & immanibus bestijs esse remotū. Haec erunt: quae in parentes: liberos: coniuges: consanguineos supplices: crudeliter facta dicentur: & deinceps si qua proferantur: in maiores natu: in hospites: in uicinos: in amicos: in eos quibuscum uitā egeris: i eos apud quos educatus sis: in eos a quibus eruditus: in miseros mortuos: in misericordia dignos: in homines claros: nobiles: & honore usos: in eos qui neq; laedere alium: neq; defendere se potuerūt: in pueros: senes: mulieres: quibus ex omnibus acriter excitata indignatio: summum in eum qui uiolarit horum aliquid odium commouere poterit. Nonus locus est: per quē cum alijs quae constāt esse peccata: hoc de quo quaestio est cōparatur: & ita per contentionem quanto atrocius: & indignius fit id de quo agitur ostenditur. Decimus locus est per quem omnia quae in negocio gerendo acta sunt quaeq; post negocium consecuta sunt: cum uniuscuiusq; indignatione: & criminatione colligimus: & res uerbis q̄maxime ante oculos eius: apud quem dicitur ponimus: ut id quod dignum est perinde illi uideatur indignum: ac si ipse interfuerit: ac praesens uiderit. Vndecimus locus est: per quem ostendimus ab eo factum a quo minime oportuerit: & a quo si alius faceret prohiberi conueniret. Duodecimus locus est: per quem indignamur q nobis hoc primum acciderit: nec alicui unq̄ usu euenerit. Tertiusdecimus locus est: si cum iniuria contumelia iuncta demonstratur per quem locū in superbiā & arrogātiā odium incitatur. Quartusdecimus locus est:

per quem petimus ab his qui audiunt ut ad suas res nostras iniurias referant: si ad suos pertinebit. de liberis suis cogitent: si ad mulieres de uxoribus: si ad senes de parẽtibus aut patribus. Quintusdecimus locus est: per quem dicimus inimicis quoque: & hostibus ea quae nobis acciderint: indigna uideri solere: & indignatio quidem his fere de locis grauissime sumetur. Conquaestionis autẽ huiusmodi de rebus partes petere oportebit. Conquaestio est oratio auditorum misericordiã captãs. In hac primum animũ auditoris mitẽ et misericordem conficere oportet: quo facilius: conquaestione commoueri possit. Id ex his locis cõmunibus efficere oportebit: per quos uis fortunae in omnes & hominũ infirmitates ostenditur: qua ratione habita grauiter & sententiose maxime demittitur animus hominũ: & ad misericordiam comparatur: cum in alieno malo suã infirmitatem cõsiderabit. Deinde primus locus est misericordiae: per quem prius quibus in bonis fuerint: & per quem nunc quibus in malis sint ostenditur. Secũdus: qui in tẽpora distribuitur: per quẽ quibus in malis fuerit: & sint & futuri sint: demonstratur. Tertius: per quẽ unũquodque deploratur incommodũ: ut in morte filij pueritiae delectatio: amor: spes: solatium: educatio: & si qua simili in genere: quolibet de incommodo per conquaestionem dici poterunt. Quartus est: per quem res turpes & humiles: & illiberales proferũtur & indignae aetate: genere: fortuna: pristino honore: beneficijs: quas passi per pessuriue sint. Quintus est: per quem omnia ante oculos singulatim incommoda ponentur: ut uideatur is qui audiet uidere: & re quoque ipsa quasi adsit non uerbis

ſolum ad miſericordiã ducatur. Sextus: per quem præter ſpem in miſerijs demõſtratur eſſe: ut cũ aliquid expectaret: nõ modo id non adeptum eſſe: ſed in miſerias ſummas incidiſſe. Septimus: per quẽ ad ipſos qui audiunt; ſimilẽ caſum cõuertimus & petimus: ut de ſuis liberis: aut parẽtibus: aut aliquo: q illis carus debeat eẽ nos cum uideant recordẽtur. Octauus: per quẽ aliquid dicitur eſſe factum quod non oportuerit: aut non factũ quod oportuerit: hoc modo: non affui: nõ uidi: nõ poſtremam eius uocẽ audiui: non extremũ eius ſpiritum excepi. Item in manibus inimicorũ mortuus eſt: hoſtili in terra turpiter iacuit: inſepultus a feris diu uexatus: cõmuni quoq; honore in morte caruit. Nonus: per quem oratio ad mutas: & expertes res animi refertur: ut ſi ad equum: domũ: ueſtem: ſermonẽ alicuius accõmodes: quibus animus eorũ qui audiũt: & aliquem dilexerunt uehementer cõmouetur. Decimus: per quem inopia: infirmitas: ſolitudo demõſtratur. Vndecimus: per quem liberorum aut parentũ: aut ſui corporis ſepeliendi: aut alicuius rei eiuſmodi cõmẽdatio fit. Duodecimus: per quem diſiũcto deploratur ab aliquo: cum deducaris ab eo qui cum libentiſſime uixeris: ut a parente: ut a filio: ut a fratre: ut a familiari. Tertiuſdecimus: per quẽ cum indignatione conquærimur: q nos ab his a quibus conueniat, male tractemur: propinquis amicis quibus benefecerimus: quos adiutores fore putaremus: aut a quibus indignum eſt: ut a ſeruis: libertis: clientibus: ſupplicibus. Quartuſdecimus: qui per obſecrationem ſumitur: in quo orantur modo illi q audiũt hũili et ſupplici orõne: ut miſereãtur. Quĩtuſdecimus: per quẽ nõ no

stras: sed eorum qui nobis cari debent esse fortunas con queri nos demonstramus. Sextusdecimus est: per quem animũ nostrum in alios misericordem esse, ostẽdimus: & tamen amplum & excelsum & incommodorũ patientem esse & futurum si quid acciderit demonstramus: nam sæpe uirtus & magnificentia in qua grauitas & auctoritas est plus proficit ad misericordiam commouendam ꝙ̃ humilitas: & obsecratio. Commotis aũt animis diutius in cõquæstione morari nõ oportebit. Quẽadmodũ enim dicit rhetor appollonius lachryma nihil citius arescit. Sed quoniã satis uidemur de oĩbus partibus orõnis dixisse: et huius uoluminis magnitudo lõgius ꝓcessit quæ sequũtur deinceps in. ij. lib. dicemus.

FINITVR LIBER RHETORICAE VETERIS PRIMVS.

EIVSDEM M. M. T. C. RHETORICAE VETERIS IN LIB. II. PRAEFATIO.

Rotoniatæ quõdam cum florerent omnibus copijs & in Italia cũ in primis beati numerarentur: templũ Iunonis quod religiosissime colebãt egregijs picturis locupletare uoluerunt. Itaq; Neracleotem Zeusin qui tum longe cæteris excellere pictoribas estimabatur, magno præcio adhibuerunt conductum. Is & cæteras complures ta-

bulas pinxit: quarũ nõnulla pars usq; nostram ad memoriam propter Fani religionem remansit: & ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in sese imago contineret: Helenæ se pingere uelle simulacrum dixit. Quod crotoniatæ qui eũ in corpore muliebri pingendo plurimũ alijs præstare sæpe accepissent: libenter audiuerũt. Putauerunt enim si quo in genere plurimũ posset in eo magnopere elaborasset egregium sibi opus in Fano illo relicturum: neq; tamẽ eos illa opinio fefellit. Nam Zeusis ilico quæsiuit ab his quasnam uirgines formosas haberent: illi autem statim hominẽ deduxerunt in palæstram: atq; ei pueros ostenderunt multos magna præditos dignitate. Etenĩ quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus corporis uiribus & dignitatibus ante steterũt: atq; honestissimas: e gymnico certamine uictorias domum cum laude maxima rettulerũt. Cum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur: horum inquiũt: illi sorores sunt apud nos uirgines. Qua re qua sint illæ dignitate potes ex his suspicari. Præbete igitur mihi inquit quæso ex istis uirginibus: formosissimas: dum pingo id quod pollicitus sum uobis: ut mutũ in simulacrũ ex animali exemplo ueritas transferatur. Tunc crotoniatæ publico de consilio uirgines locum in unum conduxerunt & pictori quas uellet eligendi potestatem dederunt. Illæ autẽ quinq; uirgines delegit: quarũ noia multi poetæ mẽoriæ tradiderũt: quod eius essent iudicio probatæ q̃ pulchritudinis habere uerissimũ iudiciũ debuisset. Neq; enĩ putauit oia quæ quæreret ad uenustatẽ uno in corpore se reperire posse. Io q̃

nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Itaq; tanq̃ cæteris nõ sit habitura quod largiatur: si uni cuncta concesserit: aliud alij cõmodi aliquo adiuncto incõmodo muneratur. Quod quoniã nobis uoluntatis accidit ut artem dicendi perscriberemus: nõ unum aliquod proposuimus exemplum cuius omnes partes quocũq; essent in genere: siue in iudiciali: siue in demonstratiuo: siue in deliberatiuo exprimẽdæ nobis necessario uiderẽtur. Sed omnibus unum in locum coactis scriptoribus quod quisq; commodissime præcipere uidebatur excerpsimus: & ex uarijs ingenijs excellẽtissima quæq; libauimus. Ex his enim q̃ nomine & memoria digni sunt nec nihil optime nec omnia præclarissime nobis dicere uidebitur. Quapropter stultitia uisa est: aut a bene inuẽtis alicuius recedere: si quo in uitio eius offenderemur: aut ad uitia quoq; eius accedere: cuius aliquo bene præcepto duceremur. q̃ si in cæteris quoq; studijs a multis eligere homines commodissimũ quoq;: q̃ sese uni alicui certo mallent addicere: minus in arrogantiã offenderent: & non tantopere in uitijs perseuerarent: & aliquãto leuius ex inscitia laborarent. At si par in nobis huius artis: atq; in illo picturæ scientia fuisset: fortasse hoc magis in suo genere opus nostrum: q̃ ille in sua pictura nobilis eniteret. Ex maiore enim copia nobis q̃ illi fuit exemplorũ eligendi potestas. Ille una ex urbe & ex eo numero uirginum quæ tum erant eligere potuit. Nobis omnium quæcunq; fuerunt ab ultimo principio huius præceptionis usq; ad hoc tempus expositis copijs, quodcunq; placeret eligẽdi potestas fuit. Ac ueteres quidẽ scripto

res huius artis usq; ab principe illo: atq; inuctore Tisia repetitos unũ in locum cõduxit Aristoteles & nominatim cuiusq; præcepta magna cõquisita cura perspicue conscripsit: atq; enodate & diligenter exposuit. Ac tãtum inuentoribus ipsis suauitate & breuitate dicendi præstitit ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat: sed omnes qui quod illi præcipiant uelint intelligere ad hunc quasi ad quendam multo cõmodiorem explicatorem reuertantur. Atq; hic quidem et ipse sesesipsum nobis & eos qui ante se fuerãt in medio posuit: ut & cæteros & seipsum per se cognosceremus. Ab hoc autem qui profecti sunt q̃q̃ in maximis philosophiæ partibus operæ plurimum consumpserunt: sicut & ipse: cuius instituta sequebantur: fecerat: tamen permulta nobis præcepta dicendi reliquerunt: atq; alij quoq;: alio ex fonte præceptores emanauerũt: qui item permultum ad dicendum si quid ars proficit opitulati sunt. Nam fuit tempore eodem quo Aristoteles magnus & nobilis rhetor Isocrates: cuius ipsius quam constet esse artem non inuenimus. Discipulorũ autem atq; eorum qui protinus ab hac sunt disciplina profecti: multa de arte præcepta reperimus. Ex his duabus diuersis secuti familijs quarum altera cum uersaretur in philosophia nonnullam rhetoricæ quoq; artis sibi curam assumebat: altera uero omni in dicendi erat studio & præceptione occupata: unum quoddam est conflatum genus a posterioribus: qui ab utrisq; ea quæ cõmode dici uidebãtur in suas artes contulerũt. Quos ipsos simul atq; superiores nos nobis omnes quoad facultas tulit proposuimus. Et ex nostro quoq; nõ nihil in com

nunc cõtulimus. q si ea: quæ in his libris exponũtur tã topere eligenda fuerũt quanto studio electa sunt: profe cto neq; nos: neq; alios idustriæ nostræ pœnitebit. Sin autem temere aliquid alicui præterisse: aut nõ satis ele ganter secuti uidebimur: docti ab aliquo facile & libẽ ter sententiã cõmutamus. Nõ enim parum cognoscere: sed in parum cognito stulte & diu perseuerasse: turpe est. propterea q alterũ cõmuni hominũ infirmitati alte rum singulari uniuscuiusq; uitio attributũ est. Quare nos quidem sine affirmatione simul quærentes dubitã ter: unũquodq; dicemus. Nedũ hoc paruulũ sequimur: ut satis hoc cõmode perscripsisse uideamur: illud amit tamus: quod maximũ est: ut ne cui rei temere: atq; arro ganter assenserimus. Verũ hoc quidẽ nos: & in hoc tẽ pore: & in omni uita studiose: quoad facultas feret: cõ sequemur. Nũc aũt: ne longius oratio progressa uidea tur: de reliqs: quæ præcipienda uidẽtur esse dicemus.

Sequitur.

BREVIS EORVM QVAE IN PRIMO LIBRO DICTA SVNT REPETITIO ET DICENDORVM EXPOSITIO. Titulus primus.

i Gitur primus liber exposito genere huius artis: & officio: & fine: et materia: et parti bus genera cõtrouersiarũ et inuẽtiones et iu dicatiões cõtinebat. Deinde partes oratiõis et in eas oẽs oĩa præcepta. Quare cũ in eo cæteris rebus distinctius dictum sit: disperse aũt de confirmatione: & repræhẽ sione: nunc certos confirmandi: & repræhendendi in

singula causarum genera locos tradendos arbitramur. Et quia quo pacto tractari conueniret: argumẽtationes in primo libro non indiligẽter expositum est: hic tantũ ipsa inuenta in unãquãq; rem exponentur simpliciter sine ulla exornatione: ut ex hoc inuẽta ipsa: ex superiore autem expolitio inuentorũ petatur. Quare haec quae nunc praecipientur ad confirmationẽ omnis repraehensionis partes referre oportebit. Omnis demonstratiua: & deliberatiua: & iudicialis causa: necesse est in aliquo eorum quae ante exposita sunt constitutionis genere uno pluribusue uersetur. Hoc quãquã ita est tamen cum cõmuniter quaedam de omnibus praecipi possint: separatim quoq; aliae sunt cuiusq; generis diuersae praeceptiones. Aliud enim laus aut uituperatio. Aliud sentẽtiae dictio. Aliud accusatio aut recusatio conficere debet. In iudicijs quid aequum sit quaeritur. In demonstrationibus quid honestum. In deliberationibus (ut nos arbitramur) quid honestum sit: & quid utile. Nam caeteri utilitatis modo finem in suadendo: & in dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt. Quorum igitur generum fines: & exitus diuersi sunt: eorum praecepta eadem esse non possunt. Neq; nunc haec dicimus nõ easdem incidere constitutiones: uerũtamen oratio quaedã ex ipso fine & genere causae nascitur quae pertineat ad alicuius uitae demonstrationẽ: aut ad sententiae dictionem. Quare nunc in exponendis controuersijs in iudiciali genere causarũ & praeceptorum uersabimur. Ex quo pleraq; in caetera quoq; causarum genera simili implicata controuersia nulla cũ difficultate trãsferentur: post autem seperatim de reliquis dicemus.

DE CONIECTVRALI CONSTI TVTIONE.Titu.secundus.

n Vnc ad coniecturalem constitutionẽ proficiscemur:cuius exemplũ sit hoc expositum. In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendã:& secum aliquantũ nummorũ ferentẽ est comitatus:cum hoc ut fere fit:in uia sermonẽ contulit: ex quo factum est ut illud iter familiarius facere uellent.Quare cum in quandam tabernã diuertissent: simul cœnare & in eodem loco somnũ capere uolucrũt. Cœnati discubuerunt ibidem:caupo autẽ(nam ita dicitur post inuentum:cum in alio maleficio depræhensus esset)cum illum alterum uidelicet qui nummos haberet:animaduertisset: noctu postq̃ illos arctius iam(ut fit)ex lassitudine dormire sensit:accessit & alterius eorum qui sine nũmis erat gladium prope appositum e uagina eduxit: illum alterum occidit:nũmos abstulit: gladium cruentum in uaginã recondidit: ipse sese in lectum suum recepit.Ille autẽ cuius gladio occisio erat facta multo ante lucem surrexit:comitem suum inclamauit semel & sæpius:illum somno impeditũ non respondere existimauit:ipse gladium & cætera quæ secum attulerat sustulit: solus profectus est.Caupo non multo post clamat hominẽ esse occisum:& cum qbusdam diuersoribus illum qui ante exierat consequitur: in itinere hominẽ compræhendit:gladium eius e uagina educit:reperit cruentum:homo in urbem ab illo deducitur ac reus fit.In hac intentio est criminis:occidisti.depulsio:non occidi.Ex quibus constitutio est:id est

quæstio quæ est eadem in cõiecturali quæ iudicatio: oc ciderit ne? Nũc exponemus locos quorũ pars aliqua in omnẽ coniecturalẽ incidit controuersiam. Hoc autẽ & in horũ locorũ expositionẽ: & in cæterorũ oportebit at tendere nos omnes in omnẽ causam conuenire. Nam ut omne nomen: ex aliquibus non ex omnibus litteris scri bitur: sic omnem in causam non omnis argumentorum copia: sed eorum necessario pars aliqua conuenit. Om nis igitur ex causa: ex persona: ex facto ipso coniectu ra capienda est. Causa distribuitur in impulsionẽ & in ratiocinationẽ. Impulsio est quæ sine cognitione per quandam affectionẽ animi facere aliquid hortatur: ut amor: iracundia: ægritudo: uiolẽtia: & omnino omnia in quibus animus ita uidetur affectus fuisse: ut perspice re cum consilio & cura non potuerit: & id quod fecit impetu quodã animi potius ꝙ̃ cogitatione fecerit. Ra tiocinatio autem est diligens & considerata faciendi aliquid: aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur inter fuisse: tum cum aliquid faciendi certa de causa uitasse: aut secutus esse animus uidetur: ut si amicitiæ causa ꝗd factum dicitur si inimici ulciscendi: si metus: si gloriæ: si pecuniæ: si deniq; ut omnia generatim ãplectamur alicuius retinendi: augẽdi: adipiscendiue cõmodi: aut contra reijciendi: diminuendi: deuitandiue: incõmodi causa. Nam in horum genus alterutrum: illa quoq; in cident: in quibus aut incõmodum aliquod maioris ui tãdi incõmodi causa suscipitur: aut cõmodum aliquod maioris adipiscendi cõmodi præteritur. Hic locus sicut aliquod fundamentum est huius constitutionis. Nã ni hil factum esse cuiq; probatur: nisi aliquid quare fa

ctum sit ostenditur. Ergo accusator cum aliquid in pulsione factum esse dicit: illum impetum & quandã cõmotionem animi affectionemq; uerbis & sentẽtiis amplificare debebit: & ostendere quanta uis amoris sit: quãta animi perturbatio ex iracũdia fiat: aut ex aliqua causa quarũ impulsu aliquem id fecisse dicet. Hoc exemplorum cõmemoratione qui simili impulsione aliquid cõmiserunt: & similitudinũ collatione: & ipsius animi affectionis explicatione curandum est: ut mirum non uideatur: si quod ad facinus tali perturbatione cõmotus animus accesserit. Cum autẽ non impulsione: uerum ratiocinatione aliquẽ commisisse quid dicet: quid commodi sit secutus: aut quid incõmodi fugerit demonstrabit: & id augebit q̃maxime poterit: uti (quoad fieri possit) idonea q̃maxime causa ad peccandum hortata uideatur. Si gloriæ causa: quantã se gloriam consecuturum existimarit. Item si dominationis: si pecuniæ: si amicitiæ: si inimicitiarum: & omnino quicquid erit: quod causæ fuisse dicet summe augeri debebit. Et hoc eum magnopere considerare oportebit: nõ quid in ueritate modo: uerum etiam uehementius quid in opinione eius: quem arguet fuerit. Nihil enim refert: non fuisse: aut non esse aliquid commodi aut incommodi: si ostendi potest ei uisum fore: qui arguatur. Nam opinio dupliciter fallit homines: cum aut res: alio modo est: q̃ putatur: aut non is euentus est: quem arbitrati sunt. Res alio modo est tum: cum aut id quod bonum est malum putant: aut contra quod malum est bonum: aut quod nec malum est nec bonum: malum: aut quod malum aut bonum est: nec malum

nec bonum. Hoc intellecto si quis negabit ullam esse pecuniam fratris aut amici uita: aut deniq; officio suo antiquiorem: aut suauiorem: non erit hoc accusatori negandum. Nam in eum culpa & summū odium transferetur: qui id quod tam uere: & piæ dicetur negabit: uerum illud dicendū erit illi non esse ita uisum. Quod sumi oportebit ex his quæ ad personā pertinēt: de quo post dicendum est. Euentus autē tum fallit: cum aliter quid accidit atq; hi qui arguūtur arbitrari esse dicuntur: ut si quis dicatur alium occidisse ac uoluerit: q̄ aut similitudine: aut suspitione: aut demonstratione falsa deceptus sit: aut eum necasse: cuius testamento nō sit hæres: q̄ eius testamento se hæredē arbitratus sit. Nō enim ex euentu cogitationē spectari oportere: sed qua cogitatione animus & spe ad maleficiū profectus sit considerare: & quo animo quid quisq; faciat: non quo casu utatur ad rem pertinere. Hoc autem loco caput illud erit accusatori: si demonstrari poterit: alij nemini causam faciendi. Secundariū si tantam et tam idoneam nemini. Sin fuisse alijs quoq; uidebitur causa faciēdi: aut potestas: ijs defuisse demonstranda: aut facultas: aut uoluntas. Potestas: si aut nescisse: aut non affuisse: aut conficere aliquid non potuisse dicetur. Facultas: si ratio: adiutores: adiumenta: & cætera quæ ad rem pertinebunt defuisse alicui demonstrabūtur. Voluntas si animus a talibus factis uacuus & integer esse dicetur. Postremo rationes quas ad defensionē reo dabimus: his accusator ad alios ex culpa eximendos abutetur. Verū id breui faciendū est: & in unum multa sunt conducēda ut ne alterius defendendi causa hunc accusare: sed hu-

ius accusandi causa defendere aliũ uideatur. Atq; ac-cusatori quidẽ hæc fere sunt in causa facienda & con-sideranda. Defensor autem ex contrario primum im-pulsionem: aut nullam fuisse dicet: aut si fuisse conce-det: extenuabit: & paruulam quandam fuisse demon-strabit: aut non ex ea solere huiusmodi facta nasci do-cebit. Quo erit in loco demonstrandum quæ uis & na-tura eius sit affectionis: qua impulsus aliquis reus com-misisse dicetur: in quo & exempla & similitudines erunt proferendæ: & ipsa diligenter natura eius af-fectionis: q̃ leuissime quietissimam ad partem expli-canda: ut & res ipsa a facto crudeli & turbulento: ad quiddam mitius: & tranquillius traducatur: & oratio tunc ad animũ eius: qui audiet: & ad animi quendam intimum sensum accommodetur. Ratiocinationis aũt suspitiones infirmabit: si aut commodum nullũ fuisse: aut paruum: aut alijs magis fuisse: aut nihilo sibi ma-ius: q̃ alijs: aut incommodum sibi maius: q̃ commo-dum dicet: ut neq̃q̃ fuerit illius cõmodi: quod expe-titum dicatur magnitudo: aut cum eo incõmodo: quod acciderit: aut cum illo periculo quod subeatur compa-randa. Qui omnes loci similiter in incommodi quoq; uitatione tractabuntur. Sin accusator dixerit cũ id esse secutum quod ei uisum sit commodum: aut id fugisse quod putarit esse incõmodum q̃q̃ fuerit in falsa opi-nione: demonstrandum erit defensori: neminem esse tantæ stultitiæ: qui tali in re possit ueritatem ignora-re. Quod si illud concedatur: id non concessum iri: nec dubitasse quidẽ hũc quid eius iuris esset. Sed id quod falsum fuerit: sine ulla dubitatione pro falso: quod ue

rum pro uero probasse. Quod si dubitauerit summæ fuisse amentiæ dubia spe impulsum certum in periculum se committere. Quēadmodum autem accusator cum ab alijs culpā dimouebit: defensoris locis utetur: sic his locis qui accusatori dati sunt utetur reus: cū in alios ab se crimen uolet transferre. Ex persona autē coniectura capietur si hæ res quæ personis attributæ sunt: diligenter considerabuntur: quas omnes in primo libro exposuimus. Nam & de nomine nōnunq̄ aliqd suspitionis nascitur. Nomē autem cum dicimus cognomenq; & agnomē intelligatur oportet. De hōis enim certo et proprio uocabulo agitur: ut si dicamus iccirco aliquem callidum uocari q̄ temerario & repentino cōsilio sit: aut si ea re uerba hominibus græcis imperitis: q̄ Clodius: aut Cecilius: aut Mutius uocarentur dedisse. Et de natura licet aliquantulum deducere suspitionis. Omnia enim hæc uir an mulier huius an illius ciuitatis sit: quibus maioribus: quibus cōsanguineis: qua ætate: quo animo: quo corpore: quæ naturæ sunt attributa ad aliquam coniecturam faciendam pertinebūt. Et ex uictu multæ trahuntur suspitiones: cum quēadmodum: & apud quos & a quibus educatus: & eruditus sit quæritur: & quibuscum uiuat: qua ratiōe uitæ: quo more domestico uiuat. Et ex fortuna sæpe argumētatio nascitur: cum seruus an liber: pecuniosus an pauper: nobilis an ignobilis: felix an infelix: priuatus an cum potestate sit: an fuerit: aut futurus sit cōsideratur: aut deniq; aliquid eorum quæretur quæ fortunæ eē attributa intelliguntur. Habitus autē: quoniā in aliqua perfecta et cōstātis aī aut corporis absolutione cōsistit:

quo in genere est uirtus: scientia: & quæ cõtraria sunt. res ipsa: posita causa: docebit: & quid hic quoq; locus suspitionis ostendat. Nã affectionis quidem ratio perspicuam solet posse generare cõiecturam: ut amor: iracundia: molestia: propterea ꝙ & ipsorum uis intelligitur: & quæ res harũ aliquã rẽ cõsequẽtur: faciles cognitu sunt. Studiũ autẽ: quoniã est assidua & uehemẽs ad aliquam rem applicata cum uoluntate occupatio: facile ex eo ducetur argumentatio quam res ipsa desiderabit in cã. Itẽ ex cõsilio sumet aliqd suspitionis. Nam cõsilium est aliquid faciendi: non faciendiue excogitata ratio. Iam facta casus & orationes quæ sunt oĩa: ut in cõfirmationis præceptis dictum est: in tria tempora distributa facile erit uidere. & qd afferant ad cõiecturã confirmandæ sumptionis. Ac personis quidem res hæ sunt attributæ: ex quibus omnibus unum in locum coactis accusatoris erit improbatione hominis uti. Nam causa facti parum firmitudinis habet: nisi animus eius: qui insimulatur: in eam suspitionem adducetur: ut a tali culpa non uideatur abhorruisse. Vt enim animum alicuius improbare nihil attinet cum causa: quare peccauerit: non intercessit: sic causam intercedere peccati: leue est: si animus nulli minus honestæ rationi affinis ostenditur. Quare uitam eius: quem arguit ex antefactis accusator improbare debebit & ostẽdere: si quo in pari ante peccato conuictus sit si id non poterit: si quam in similem ante suspitionem uenerit. Ac maxime si fieri poterit simili aliquo ĩ genere eiusmodi causa aliqua cõmotum peccasse: aut in æquæ ma-

gnā re: aut in maiore. Ut si quem pecunia dicat inductum fecisse: possit demonstrari aliqua re eius aliquod factum auarum. Item in omni causa: naturā: aut uictū: aut studium: aut fortunam: aut aliqua eorum: quæ personis attributa sunt ad eam causam: qua commotū peccasse dicet poterit adiungere: atq; ex dispari quoq; genere culparum: si ex pari sumendi facultas non erit improbare animū aduersarij oportebit: ut si auaritia inductum arguas fecisse: & auarum esse eum quem accuses demonstrare non possis: alijs affinem esse uitijs doceas: & ex ea re non esse mirandum: qui in illa re turpis: aut cupidus: aut petulans fuerit: hac quoq; in re cū deliquisse. Quātum enim de honestate: & auctoritate eius: qui arguitur: detractum est: tantum de facultate totius est defensionis imminutum. Si nulli affinis uitio poterit reus ante admisso demonstrari: locus inducetur ille per quem hortandi iudices erunt: ut ueterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere. Nā cū ante celasse nūc manifesto teneri. Quare non oportere hanc rem ex superiori uita spectari: sed superiorem uitam ex hac re improbari: & aut potestatem ante peccādi non fuisse: aut causam: aut si hoc dici non poterit: dicendū erit illud ultimum non esse mirum: si nūc primū deliquerit. Nam necesse est eum: qui uelit peccare aliquando primū delinquere. Si uita ante acta ignorabitur hoc loco præterito: & demōstrato cur prætereatur argumētis accusationē statim cōferre oportebit. Defensor autē primū si poterit debebit uitā eius qui insimulabitur q; honestissimā demōstrare. Id faciet si ostēdet aliqua eius nota & cōmunia officia: quod genus in pa

rentes:cognatos:amicos:affines: necessarios:etiam quæ magis rara & eximia sunt:si ab eo cum magno aliquo labore:aut periculo:aut utraq; re cum necesse non esset officij causa:aut in rēpu.aut in parētes : aut in aliquos eorū qui modo expositi sunt facta eē dicet. Deide si nihil deliquisse:nulla cupiditate impeditū ab officio recessisse:quod eo cōfirmatius erit:si cū potestas aliquid impune faciēdi minus honeste fuisse dicetur:uoluntas eius faciēdi demōstrabitur abfuisse. Hoc aūt ipsum genus erit eo firmius: si eo ipso in genere quo arguetur integer animi fuisse demōstrabitur:ut si cū auaritiæ cā fecisse arguatur:minime oī in uita pecuniæ cupidus fuisse doceatur. Hæc illa magna cū grauitate iducetur indignatio iūcta cōquæstioni:per quā miserū facinus eē: & indignū demōstrabitur:cū animus in uita fuerit oī a uitijs remotissimus eā cām putare: quæ hoies audaces in fraudē rapere soleat:castissimū quoq; ad peccādum potuisse ipellere:aut iniquū eē & optimo cuiq; perniciosissimū:nō uita hōeste acta tali in tēpore φ plurimū prodesse:sed subita ex criminatiōe: quæ cōfingi facile possit:non ex antefacta uita quæ neq; ad tēpus fingi: neq; ullo modo mutari possit facere iudiciū. Sin aūt in anteacta uita aliquæ turpitudines erūt:aut falso uenisse in eā existimationē dicetur:aut ex aliquorū inuidia: aut obtrectatiōe:aut falsa opinione:aut iprudētiæ:necessitudini:persuasioni:adolescētiæ:aut alicui nō maliciose animi affectioni attribuetur:aut dissimili generi uitiorū:ut animus nō modo integer: sed a tali culpa remotus eē uideatur. Ac si nullo modo uitæ turpitudo: aut infamia leniri poterit:oratiōe negare oportebit: de

uita eius & moribus quæri: sed de eo crimie: quo de ar guatur. Quare ātefactis omissis illud quod instet agi oportere. E facto aūt ipso suspitiones ducētur: si totius admistratio negocij ex oibus partibus partē perabitur. Atq; hæ suspitiōes parti ex negocio separati: parti cōiter ex personis: atq; ex negocio proficiscētur. Ex negocio duci poterūt si eas res: quæ negocijs attributæ sūt diligēter cōsiderabimus. Ex his igitur i hac cōstitutiōe cōueire uidētur genera eorū oia partes generū plæræq;. Videre igitur primū oportebit quæ sint cōtinētia cū ipso negocio: hoc ē quæ ab re separari nō possūt. Quo i loco satis diligēter erit cōsiderādū qd sit ante rē factū: ex quo spes perficiēdi nata: et faciēdi facultas quæsita uideatur. Quid in ipsa re gerēda: qd postea cōsecutū sit. Deide ipsius est negocij gestio pertractāda. Nā hoc genus earū rerū: quæ negocio attributæ sūt: secūdo in loco nobis ē expositū. Hoc ergo i genere spectabitur locus: tēpus: occasio: facultas: quorū uniuscuiusq; uis diligenter in cōfirmatiōis præceptis explicata ē. Quare ne aut hic nō admonuisse: aut ne eadē iterū dixisse uideamur: breuiter demōstrabimus: qd quaq; in parte cōsiderare oporteat. In loco igitur oportunitas: i tēpore lōginqtas: in occasione cōmoditas ad faciēdū idonea: i facultate copia & ptās earū rerū per quas aliqd facilius fit: aut sine qbus oino cōfici nō pōt cōsiderāda est. Deinde uidēdū est qd adiunctū sit negocio: hoc est qd maius: qd minus: qd æque magnū sit: qd simile. Ex qbus coniectura quædā ducitur: siquēadmodum res maiores: minores: æque: magnæ similesq; agi soleāt diligēter cōsiderabitur. Quo in genere euētus quoq; uidēdus erit: hoc ē qd

ex unaquaq; re soleat euenire magnopere cōsiderandū est: ut metus: lætitia: titubatio. Quarta aūt pars erat ex his quas negocijs dicebamus eē attributas cōsecuto. In ea quæ gestū negociū cōfesti: aut ex interuallo cōsequū tur: in qua uidebimus quæ cōsuetudo sit: & quæ lex: et quæ actio: & quod eius rei artificiū: aut usus: aut exercitatio hoim: aut approbatio: aut offensio: ex qbus elici tur nōnunq̃ aliqd suspitiōis. Sūt aūt aliæ suspitiones quæ cōiter ex negociorū: et ex personarū attributiōibus sumūtur. Nā ex fortuna: & ex natura: & ex uictu: studio: factis: occasu: orōnibus: cōsilio: & ex habtu animi aut corporis: plæraq; pertinēt ad easdē res quæ rē credibilē: aut incredibilē facere possūt: & cū facti suspitiōe iūgūtur. Maxie eni quæri oportet i hac cōstōne primū potuerit ne aliqd fieri. Deide & quo ab alio potuerit. Deinde facultas de qua āte diximus. Deinde utrū id facinus sit: quod pœnitere fuerit necesse. Itē quod spem celādi nō haberet. Deide necessitudo in qua nū necesse fuerit id: aut fieri: aut ita fieri quæritur. Quorum pars ad consiliū pertinet quod personis attributū est. Vt i ea cā quā exposuimus: ante rē erat q̄ in itinere se tā familiariter applicuerit: q̄ sermonis causam quæsierit: q̄ simul diuerterit: cœnarit. In re: nox: somnus. Post rem: q̄ solus exierit: q̄ illum tam familiariter comitatū: tam æquo animo reliquerit: q̄ cruentum gladium habuerit. Horum pars ad consilium pertinet. Quæritur enim utrum uideatur diligenter ratio faciendi esse habita: & excogitata. An ita temere: ut non uerisimile sit quē q̄ tam temere ad maleficium accessisse. In quo quæritur: nunquo alio modo commodius potuerit fieri:

uel a fortuna administrari. Nã sæpe si pecuniæ adiumēta: si adiutores desint: facultas defuisse faciēdi nõ uidetur. Hoc modo si diligēter attendamus apta inter se eē ītelligimus hæc quæ negocijs: & illa quæ personis attributa sũt: hæc neq; facile est: neq; necessariũ distinguere: ut nemo ĩ superioribus partibus quo pacto: quõq; accusatorē & quõ defensorē tractare oporteat. Non necessariũ: propterea ꝙ eã posita qd in quãq; cõueniat res ipsa docebit eos ꝗ non oĩa hic in se inuēturos putabũt: sed et ea quæ præcepta sũt cõparatiõis mõ per quādē aĩ in cõe mediocrē intelligētiã cõferent. Non facile aũt ꝙ & infinitũ est: tot de rebus utrãq; in partē sigillatim de unaquaq; re explicare: & alias aliter: hæc in utrãq; partem causæ solēt cõuenire. Quare cõsiderare hæc: quæ exposuimus oportebit. Facilius aũt ad inuentionē animus incidet: si gesti negocij: & suã & aduersarij narrationem sæpe & diligēter pertractabit: & quod quæq; pars suspitiõis habebit eliciēs cõsiderabit. Quare: quo cõsilio: qua spe perficiēdi qq; factum sit: cur hoc modo potius q̃ illo: cur ab hoc potius q̃ ab illo: cur nullo adiutore: aut cur hoc: cur nemo sit cõscius: aut cur sit: aut cur hic sit: cur hoc ante factũ sit: cur hoc ante factum non sit: cur hoc in ipso negocio: cur hoc post negocium: aut factum de industria: aut quid rem ipsam consecutũ sit. Cõstet ne oratio: aut cũ re: aut ipsa secũ. hoc huius ne rei sit signũ an illius: an huius: et illius: et utrius potius. qd factũ sit: qđ nõ oportuerit: aut nõ factũ quod oportuerit. Cũ animus hac intētiõe omnes totius negocij partes considerabit: tũ illi ipsi in mediũ cõseruati loci procedēt: de qbus ãtedictũ ē: et cũ

ex singulis: tum ex cōiunctis argumēta certa nascētur. Quorum argumētorum pars probabili: pars necessario in genere uersabitur. Accedunt autē ad coniecturā sæpe quæstiones: testimonia: rumores quæ omnia uterq; simili uia præceptorum torquere ad suæ causæ cōmodum debebit. Nam & ex quæstione suspitiones ex testimoniis: & ex rumore aliquo pari ratione: ut ex causa: & ex persona: & ex facto duci oportebit. Quare nobis & hi uidentur errare: qui hoc genus suspitionū artificii non putant indigere: & hi qui aliter hoc de genere ac de cōmuni coniectura præcipiendū putāt. Omnis enim iisdem ex locis coniectura sumenda est. Nam & eius: qui in quæstione aliquid dixerit: et eius qui in testimonio: & ipsius rumoris ueritas ex iisdem attributionibus reperietur. Omni autem in causa pars argumentorum est adiuncta ei causæ solum: quæ dicitur ita et ab ipsa adducta: ut ab ea in qua est separatim in omnes eiusdem generis causas transferri non satis cōmode possit. Pars autem est peruagatior: & aut in omnes eiusdem generis: aut in plærasq; causas accommodata. Hæc ergo argumēta: quæ transferri in multas causas possunt locos cōmunes nominamus. Nam locus cōmunis aut certæ rei quandam cōtinet amplificationē: ut si quis hoc uelit ostendere eum: qui parentē necarit maximo supplicio esse dignum: quo loco nisi perorata & probata causa nō est utendum: aut dubiæ quæ ex contrario quoq; habeant probabiles rationes argumētandi ut suspitionibus credi oportere: & contra: suspitionibus credi non oportere. Ac pars locorū cōmuniū: aut per indignationē: aut per cōquæstionem inducitur: de

quibus est ante dictum. Pars per aliquã probabilẽ utra
q; ex parte rationẽ. Distinguitur autẽ oratio atq; illu-
stratur maxime raro inducẽdis locis cõmunibus & ali
quo loco iam certioribus illis auditoribus argumẽtis cõ
firmatis. Nam & tum cõceditur cõmune quiddã dice-
re: cum diligenter aliquis proprius causæ locus tracta
tus est: & auditoris animus: aut renouatur ad ea quæ
restant: aut omnibus iam dictis exuscitatur. Oĩa enim
ornamenta electionis in quibus & suauitatis & graui
tatis plurimũ consistit & omnia quæ inuentione uer-
borum & sententiarũ aliquid habent dignitatis: in cõ
munes locos proferuntur. Quare nõ ut causarũ: sic ora-
torum quoq; multorũ cõmunes loci sunt: nã nisi ab his
qui multa in exercitatione magnã sibi & uerborũ &
sententiarum copiam comparauerint tractari non po-
tuerunt ornate & grauiter: quẽadmodũ desiderat eorũ
natura. Atq; hoc sit a nobis dictum cõmuniter de omni
genere locorum cõmuniũ: nunc exponemus in cõiectu-
ralem constitutionẽ qui loci cõmunes incidere soleant.
Suspitionibus credi oportere & nõ oportere: rumori-
bus credi oportere & non oportere: testibus credi opor-
tere & non oportere: uitam antedactam spectari opor-
tere & non oportere. Eiusdem esse qui in ullam rẽ pec
carit: & hoc quoq; quod admisisse dicitur: & non eius
dem causæ esse. Maxime spectari causam oportere &
non oportere. Atq; hi quidem et siqui eiusmodi ex pro-
prio argumento cõmunes loci nascentur in contrarias
partes deducuntur. Certus aũt locus est accusatoris per
quẽ auget facti atrocitatẽ: & alter per quẽ negat malo
rum misereri oporteri. Defensoris per quem calumnia

accusatorum cum indignatione ostenditur & per quẽ cum conquæstione misericordia captatur. Hi & cæteri loci omnes cõmunes ex iisdem præceptis quibus cæteræ argumentationes: sed ille tenuius & acutius & subtilius tractantur: hi autem grauius & ornatius & cum uerbis tum etiam sententiis excellentibus. In illis enim finis est ut id quod dicitur uerum esse uideatur. In his tãetsi, hoc quoq; uideri oportet: tamẽ est finis amplitudo. Nunc ad aliã constitutionẽ transeamus.

DEFINITIVAE CONSTITVTIONIS EXEMPLVM. Titu. tertius.

Cum est nois cõtrouersia quoniã uis uocabuli definiẽda uerbis est: cõstitutio definitiua dicitur. Eius generis exemplo nobis posita sit hæc causa. C. Flaminius q̃ cõsul rẽpu. male gessit bello punico secũdo: cũ tribunus plebis esset inuito senatu: et oino contra uoluntatẽ omniũ optimatũ per seditionem ad populũ legẽ agrariam ferebat: hũc pater suus conciliũ plebis habentẽ de templo eduxit. Accersitur maiestatis: intentio est: maiestatẽ minuisti: q̃ tribunum plebis de tẽplo eduxisti. Depulsio est: non minui maiestatem. Quæstio est minuerit ne maiestatem: ratio: in filium quã habebã potestatẽ ea usus sum. Rationis infirmatio. At enim q̃ patria ptãte hoc est priuata quadam: tribunitiã potestatem: hoc est populi potestatem infirmat: minuit is maiestatẽ. Iudicatio est. Minuerit is maiestatem: q̃ in tribunitiã potestatẽ patria ptãte utatur. Ad hanc iudicationem argumentationes omnes afferri

oportebit. At ne quis forte arbitretur nos nõ intellige=re aliam quoq; incidere constitutionẽ in hanc causam eam nos partem solam sumimus: in quam præcepta nobis danda sunt. Omnibus autem partibus hoc in libro explicatis q̃ruis omni in causa si diligenter attendet: omnes uidebit cõstitutiones & earum partes & cõtro=uersias si quæ forte in eas incident: nã de omnibus perscribemus. Primus ergo accusatoris locus est eius nominis: cuius de ui quæritur breuis & aperta ex opinione hominũ definitio hoc modo. Maiestatẽ minuere est de dignitate: aut ãplitudine: aut potestate populi: aut ho=rum quibus populus potestatẽ dedit aliquid derogare. Hoc sic breuiter expositum pluribus uerbis est & ra=tionibus confirmandũ & ita ut descripseris esse osten=dendum. Postea id quod definieris communi loco con=firmare: per quẽ ipsius facti atrocitas aut indignitas: aut omnino culpa cũ indignatione augeatur. Post erit infirmanda auersariorũ descriptio. Ea autẽ infirmabi=tur: si falsa demonstrabitur. Hoc ex opinione hominũ sumetur: cum quẽadmodũ & quibus in rebus homines in consuetudine scribendi aut sermocinãdi eo uerbo uti soleant considerabitur. Item infirmabitur si turpis aut inutilis esset eius descriptionis approbatio: et quæ incõmoda consecutura sint eo concesso ostendetur. Id autẽ ex utilitatis & honestatis partibus sumetur de quibus in deliberationis præceptis exponemus. Deinde cũ definitione nostra aduersariorũ definitionẽ conferemus: et nostram: ueram: honestam: utilem esse demõstrabimus: illorum contra. Quæremus autem res aut maiori: aut minori: aut pari in negocio similes ex quibus affirme=

tur nostra descriptio. Tum si res plures erunt definiendæ ut quæratur fur sit an sacrilegus: qui uasa ex priuato sacra surripuerit? Erit utendum pluribus definitionibus. Deinde simili ratione causa est tractanda: ut si fur est de furto: si sacrilegus de sacrilegio. Locus autem cõmunis in eius malitiã qui nõ modo rerum uerũ etiam uerborũ potestatem sibi arrogare conatur: ut faciat quod uelit: & id quod fecerit quo uelit nomine appellet. Deinde defensoris primus locus. Item nominis breuis et aperta ex opinione hominũ descriptio: hoc modo. Maiestatẽ minuere est aliquid de republica: cũ potestatẽ nõ habeas administrare. Deinde huius confirmatio similibus & exẽplis: & rationibus postea sui facti ab illa diffinitiõe separatio. Deinde locus cõmunis: per quem facti utilitas: aut honestas adaugetur. Deinde sequitur aduersariorum diffinitionis repræhensio: quæ iisdẽ ex locis omnibus quos accusatori præscripsimus conficitur: & cætera post eandẽ præter cõmunem locũ inducentur. Locus autem cõmunis erit defensoris is per quem indignabitur sui periculi causa accusatorẽ non rem solum cõuertere: uerum etiam uerba cõmutare conari. Nam illi quidẽ cõmunes loci: qui aut calũniæ accusatorũ demonstrãdæ: aut misericordiæ captandæ: aut facti indignãdi: aut a misericordia deterrẽdi causa sumuntur ex periculi magnitudine: nõ ex causæ genere ducũtur. Quare non in omnẽ causam: sed in omne causæ genus incident. Eorum mentionẽ in conie cturali cõstitutione fecimus. Inductione autẽ horum locorũ cum causa postulabit utemur. Cũ autẽ actio trãslationis aut cõmutationis indigere uidetur: ꝙ non aut is quẽ opor

tet: aut cum eo quicum oportet: aut apud quos: qua pœna: qua lege: quo crimine: quo tẽpore: oportet: constitutio trãslatiua appellatur. Huius nobis exẽpla permulta opus sunt si singula translationũ genera quærimus: sed quia ratio præceptorũ similis est: exemplorum multitudine supersedendũ est. Atq; in nostra quidẽ consuetudine multis de causis fit: ut rarius incidant translationes. Nam & pretoriis exceptionibus multæ excludũtur actiones: & ita cum ius ciuile habemus constitutum ut a causa cadat is qui non: quẽadmodũ oportet egerit. Quare in iure plærũq; uersantur. Ibi enim et exceptiones postulantur: & quodãmodo agẽdi potestas datur: & omnis conceptio priuatorum iudiciorũ cõstituitur. Quæ autem in ipsis iudiciis rarius incidunt: eiusmodi sunt ut per se minus firmitudinis habeant. Confirmãtur autem assumpta alia aliqua cõstitutione: ut in quodam iudicio cum ueneficii cuiusdam nomen esset delatum: & quia parricidiũ: subscripta esset extra ordinẽ esset acceptum cum in accusatione alia quædam crimina testibus & argumẽtis confirmarẽtur: parricidii autem solũ mẽtio facta esset: ut defensor in hoc ipso multum oportet: ut diu consistat cum de nece parentis nihil demonstratum sit: indignum facinus esse ea pœna afficere eum: qua parricidæ afficiuntur. Id autem si dãnaretur fieri necesse esset: quoniã & id causæ subscriptũ & ea re nomẽ extra ordinem acceptũ. Ea igitur pœna damnationem necessario cõsequatur. Hic defensor pœnæ commutatione ex translatiuo genere inducendo totam infirmabit accusationem. uerũtamen cæteris quoq; criminibus defendendis coniecturali cõstitutione: trãs

lationem confirmabit. Exemplum autem translationis in causa nobis positum sit huiusmodi. cum ad uim faciendam quidam armati uenissent: armati contra praesto fuerunt & cuidam equiti romano quidam ex armatis resistens gladio manum precidit. Agit is cui manus precisa est iniuriarum: postulatis quicum agitur a praetore exceptionē extra quā in reum capitis praeiudiciū fiat. Hic is qui agit iudiciū purū postulat. Ille quicum agitur exceptionē addi ait oportere. Quaestio est excipiendū sit: an non. Ratio. Nō enim oportere in recuperatorio iudicio eius maleficij. de quo inter siccarios quaeritur praeiudiciū fieri. Infirmatio rōnis: Eiusmodi sunt iniuriae ut de his indignū sit non primo quoq; tēpore iudicari. Iudicatio: Atrocitas iniuriarum satis ne causae fuit. quare cū de ea iudicetur de aliquo maiore maleficio: de quo maleficiū cōparatū sit praeiudicetur: atq; exēplum quidē hoc est. In oī autem causa ab utroq; quaeri oportebit: a quo et per quos: et qūo & quo tempore: aut agi: aut iudicari: aut quid statui de ea re cōueniat. Id ex partibus iuris de q̄bus post dicendū est sumi oportebit: et ratiocinari q̄d in similibus rebus fieri soleat: et uidere utrū malitia: q̄d aliud agatur: et aliud simuletur: an stultitia: an necessitudine: quia alio modo agere nō possit: an occasione agēdi sic sit iudiciū: aut actio cōstituta: an recte sine ulla re euiusmodi res agatur. Locus autem cōis cōtra eū q̄ translationē inducit: fugere iudiciū ac poenam quia causae deficiant. A translatione autem omnium fore perturbationem si non ita res agantur: in iudicium ueniant quo pacto oporteat: hoc est si aut cum eo agat quicum non oporteat: alia poena: alio crimine:

alio tēpore:atq; hanc rationē ad perturbationē omniū iudiciorum pertinere. Tres igitur hæ constitutiōes quæ partes non habent ad hunc modū tractabūtur. Nūc generalem cōstitutionē & partes eius consideremus.

DE GENERALI CONSTITUTIONE. Titu. quartus.

C Vm facto & facti nomine concesso:neq; ulla actionis illata controuersia uis & natura & genus ipsius negocij quæritur constitutionem generalē appellamus. Huius primas esse duas partes nobis uideri diximus negocialē et iuridicialē. Negocialis est:quæ in ipso negocio iuris ciuilis habet implicitam cōtrouersiam. Ea est huiusmodi quidā pupillum hæredē fecit:pupillus autē ante mortuus est q̄ in suam tutelam ueniret de hæreditate quæ uenit pupillo. Inter eos qui patris pupilli sunt hæredes secūdi: & agnatos pupilli controuersia est. Possessio hæredū secūdorum est. Intētio est agnatorū:nostra pecunia est: de qua his cuius agnati sumus testatus non est. Depulsio est:immo nostra qui hæredes secundi testamēto patris sumus. Quæstio est utrorū sit. Ratio ē: pater enim & sibi & filio testamentū scripsit:dum is pupillus esset. Quare quæ filij fuerūt testamēto patris nostra fiāt necesse est. Infirmatio rationis:immo pater scripsit & secūdum hærede nō filio:sed sibi iussit esse. Quare præterq̄ quod ipsius fuit testamēto illius uestrum esse non potest. Iudicatio: possit ne quisq; de filij pupilli re testari an hæredes secūdi ipsius patrisfamilias non filij

quoq; eius pupilli hæredes sint? Atq; hoc nõ alienũ est qđ ad multa: aut pertineat: aut nusq̃ usq;quaq; dicatur hic admonere. Sunt causæ quæ plures habẽt rõnes in simplici cõstitutione quod fit: cum id quod factũ est aut quod defenditur plurimis de causis rectũ: aut probabile uideri potest: ut in hac ipsa causa. Supponitur ab hæredibus hæc ratio. Vnius enĩ pecuniæ plures dissimilibus de causis hæredes esse non possunt nec unq̃ factum est: ut eiusdem pecuniæ alius testamento: alius lege hæredes essent. Infirmatio aũt hæc erit: nõ est una pecunia: propterea q altera pupilli iam erat aduẽtitia cuius hæres non illo in tẽpore in testamẽto quisq; scriptus erat: si quid pupillo accidisset: & de altera patris & nunc mortui uoluntas plurimum ualebat: quæ iam mortuo pupillo suis hæredibus cõcedebat. Iudicatio est una ne pecunia fuerit. Ac si hac erũt usi infirmatione posse plures esse unius hæredes pecuniæ dissimilibus de causis: de eoipso iudicatio nascitur. Possint ne eiusdem pecuniæ plures dissimilibus generibus hæredes esse. Ergo una in constitutione intellectum est quomodo & rationes & rationum infirmationes et propterea iudicationes plures fiant. Nunc huius generis præcepta uideamus. Vtrisq;: aut etiam omnibus si plures ambigent: ius ex quibus rebus constet: est considerandum. Initium ergo eius a natura ductũ uidetur. Quædam autem ex utilitatis ratione: aut perspicua nobis: aut obscura in consuetudinem uenisse uidentur. Post autem approbata quædam autem a consuetudine: aut a uero utilia uisa: esse legibus firmata. Ac naturæ quidem ius est quod nobis non opinio: sed quædam innata

nis afferat: ut religionem: pietatem: gratiam: uindica-tionem: obseruantiam: ueritatem. Religionem eam quæ in metu & cerimonia deorum sit: appellant. Pietatem quæ erga patriam: aut parentes: aut alios sanguine iũctos officium seruare moneat. Gratiam quæ in memoria & remuneratione officiorum & honoris: & amicitiarum obseruantiam teneat. Vindicationẽ per quam contumeliam defendẽdo: aut ulciscendo propulsamus a nobis: & a nostris: qui cari nobis esse debent: & per quam peccata punimus. Obseruantiã per quam ætate: aut sapiẽtia: aut honore: aut aliqua dignitate antecedẽtes ueneramur & colimus. Veritatem per quam damus operam ne quid aliter q̃ꝫ confirmauerimus fiat: aut factum: aut futurum sit. Ac naturæ quidem iura minus ipsa quæruntur ad hanc cõtrouersiam: ꝙ neqꝫ in hoc ciuili iure uersantur: & a uulgari intelligentia remotiora sunt. Ad similitudinẽ uero aliquam: aut ad rem amplificandam sæpe sunt inferenda. Consuetudinis aũt ius esse putatur id quod uoluntate omniũ sine lege uetustas cõprobarit. In ea autem quædam sunt iura ipsa iam certa propter uetustatem. Quo in genere & alia sunt multa & eorum multo maxima pars: quam prætores edicere consueuerunt. Quædam autem genera iuris iam certa consuetudine facta sunt. Quod genus pactum: par: iudicatum. Pactum est quod inter aliquos cõuenit: quod iam ita iustum putatur: ut iure præstare dicatur. Par quod in omni æquabile est. Iudicatũ de quo iã ãte sñia alicuius aut aliquorũ cõstitutũ est. Iã iura legitima ex legibus cognosci oportebit. His ergo ex partibus iuris q̃d: aut ex ipsa re: aut ex simili: aut ex ma

tore: aut ex minore nasci uidebitur quisq; attēdere: atq; eligere pertentando unāquāq; partem iuris habebit. Locorum autem cōmunium: quoniā ut antedictum est duo sunt genera: quorum alterum dubiæ rei: alterum certæ continet amplificationem: quid ipsa causa det: et quid augeri per cōmunem locum possit: & oporteat cō siderabitur. Nam certi qui in omnes incidant loci: præscribi non possunt. In plerisq; fortasse ab auditore iurisconsultorum: & contra auctoritatem duci oportebit. Attendendum est autem in hac & in omnibus num quos locos communes præter eos quos exponimus ostēdat. Nunc iuridiciale genus & partes eius consideremus. Iuridicialis est in qua æqui & iniqui natura: & præmii: aut pœnæ ratio queritur. Huius partes sunt duae: quarum alteram absolutam: alteram assumptiuā nominamus. Absoluta est: quæ ipsa in se non ut negocialis implicite & abscondite: sed patentius & expeditius recti: & non recti quæstionem continet: ea est huiusmodi. Cum Thebani Lacedæmonios bello superauissent: & fere mos esset Graiis: cum inter se bellū gessissent: ut hi qui uicissent trophæū aliquod in finibus statuerent uictoriæ: modo in præsentia declarādæ causa: nō ut in perpetuū belli memoria maneret: Aeneum statuerunt trophæum: Accusantur apud Amphitrionas id est cōe græciæ cōsiliū. Intētio est: nō oportuit. Depulsio est: oportuit. Quæstio est: oportuerit ne. Ratio est: ex eā enim bello gloriā uirtute peperimus: ut eius æterna insignia posteris nostris relinquere uellemus. Infirmatio est: attamē æternum inimicitiarū monumentum Graios de graiis statuere non oportet. Iudicatio est:

cum summæ uirtutis celebrandæ causa graij de graijs æternum inimicitiarum monumẽtum statuerint: recte ne an contra fecerint? Hanc ideo rationem subijcimus: ut per hoc causæ genus ipsum de quo agimus cognosceretur. Nam si eã supposuissemus qua fortasse usi sunt: nõ enim iuste: neq; pie bellum gessistis: in relationem criminis delaberemur: de qua post loquemur. Vtrunq; autem causæ genus in hanc causam incidere perspicuũ est. In hanc: argumentationes ex ijsdem locis sumendæ sunt: atq; in causam negocialem: de qua ante dictum est. Locos autem cõmunes & ex causa ipsa si quid inerit indignationis aut conquæstionis: & ex iuris utilitate: & natura: multos & graues sumere licebit & oportebit si causæ dignitas uidebitur postulare. Nunc assumptiuam partem iuridicialis cõsideremus. Assumptiua igitur tunc dicitur cum ipsum ex se factum probari non potest: aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur. Eius partes sunt quattuor. Comparatio: relatio criminis: remotio criminis: concessio. Comparatio est: cum aliquod factum quod per seipsum non sit probandũ: ex eo cuius id causa factum est defenditur. Ea est huiusmodi. Quidam imperator cum ab hostibus circũobsideretur: neq; effugere ullo modo posset: depactus est cum hostibus: ut arma & impedimenta relinqueret: milites educeret. Itaq; fecit. Armis & impedimentis amissis præter spem milites conseruauit. Accusatur maiestatis: incurrit huic definitio: sed nos hunc locum de quo agimus consideremus. Intentio est. Non oportuit arma & impedimenta relinquere. Depulsio est: oportuit. Quæstio est: oportuerit ne. Ratio ẽ.

Milites eni omnes perissent. Infirmatio est: aut coniecturalis non perissent: aut altera coniecturalis nõ ideo fecisti: ex quibus sunt indicatiões perissent ne: & ideo ne fecerit: aut cõparatiua: cuius nũc indigenus. At eni satius fuit amittere milites q̃ arma & impedimenta concedere hostibus. Ex qua iudicatio nascitur: cũ omnes perituri milites essent: nisi ad hanc pactionem uenissent: utrum satius fuerit amittere milites: an ad hãc cõditionem uenire. Hoc causæ genus ex his locis tractari conueniet. Oportebit adhibere cæterarum quoq; constitutionum rationem: atq; præcepta: ac maxime cõiecturis faciendis infirmare illud quod cum eo quod crimini dabitur hi qui accusabuntur comparabunt. Id fiet: si aut id quod dicent defensores futurum nisi in factum esset quo de facto iudicium est: futurum fuisse negabitur: aut si alia ratione & aliam ob causam ac dicet reus fuisse demonstrabitur esse factum. Eius rei confirmatio: & item contraria de parte infirmatio ex coniecturali constitutione sumetur. Sin autem certo nomine maleficij uocabitur in iudicium sicut in hac causa (nã maiestatis accersitur) de definitiõe et præceptis definitionis uti oportebit. Atq; hoc quidẽ plærũq; in hoc genere accidit: ut coniectura & definitione utendum sit. Sin aliud quoq; aliquod genus incidet: eius generis præcepta licebit ac pari ratione transferre. Nam accusatori maxime elaborandum: ut idipsum factum propter quod sibi reus concedi putat oportere: q̃ plurimis infirmet rationibus. Quod facile est: si compluribus cõstitutionibus aggredietur id improbare. Ipsa autẽ cõprobatio separata a cæteris generibus cõtrouersiarum:

sic ex sua ui cõsiderabitur: si illud qđ cõparabitur: aut nõ honestũ: aut non utile: aut nõ necessariũ fuisse: aut nõ tãtopere utile: aut nõ tãtope͂ hõestũ: aut nõ tãtope͂ necessariũ fuisse. Deĩde oportet accusatorẽ illud quod ipse arguat ab eo quod defensor cõparat separare. Id aũt faciat: si demõstrabitur nõ ita fieri solere: neq; oportere: neq; eẽ rõnẽ: quare hoc ꝓpter hoc fiat: ut propter salutẽ militũ: ea quæ salutis cã cõparata sũt hostibus tradantur. Postea cõparare oportebit cũ beneficio maleficiũ: & oĩno id quod arguitur cũ eo quod factũ ab defensore laudabitur: aut faciẽdũ fuisse demõstrabitur cõtẽdere: & hoc extenuando maleficij magnitudinem simul adaugere. Id fieri poterit: si demõstrabitur honestius: utilius: magis necessariũ fuisse illud quod uitarit reus: q̄ illud quod fecerit. Hõesti aũt & utilis necessarij ius & natura ĩ deliberationis præceptis cognoscetur. Deĩde oportebit ipsam illã cõparatiuã iudicationẽ exponere tãq̄ cãm deliberatiuã: & de ea ex deliberatiõis præceptis deĩceps dicere. Sit eni͂ hæc iudicatio quã ãte exposuimus: cũ oẽs perituri milites eẽnt ni ad hãc pactionẽ uenissent: utrũ satius fuerit perire milites: an ad hãc pactionẽ uenire. Hoc ex locis deliberatiõis quasi aliquã ĩ cõsultationẽ res ueĩat tractari oportebit. Defẽsor aũt qbus ĩ locis ab accusatore aliæ cõstõnes erũt ĩductæ: ĩ his ipse quoq; ex ijsdẽ cõstõnibus defẽsionẽ cõparabit. Cæteros aũt oẽs locos q ad ipsam cõparationẽ pertinebũt ex contrario tractabit. Loci cões erũt accusatoris ĩ eũ qui cũ de facto turpi aliquo aut inutili: aut utroq; fateatur: quærat tamẽ aliquã defensionẽ: et facti inutilitatẽ: aut turpitudinẽ cũ indignatione proferre. Defensoris: nullũ factũ inutile: neq; turpe: neq; itẽ utile: neq; hõestũ putari opor

tere: nisi quo aio: quo tēpore: qua de cā factū sit itelligatur. Qui locus ita cōis est: ut bene tractatus in hac cā magno ad persuadēdū momēto futurus sit. Et alter locus per quē magna cū āplificatione beneficii magnitudo ex utilitate: aut hōestate: aut facti necessitate demōstratur. Et tertius per quē res expressa uerbis āte oculos eorū qui audiūt ponitur: ut ipsi: se quoq; idē facturos fuisse arbitrētur si sibi illa res atq; ea faciēdi cā per idē tēpus accidisset. Relatio criminis est: cū reus id quod arguitur cōfessus alterius se inductū peccato iure fecisse demōstrat. Ea est hmōi. Horatius. Occisis tribus curiatibus et duobus amissis fratribus domū se uictor recepit. Is cū aiaduerterit sororē suā de fratrū morte nō laborātē: spōsi aūt nomē appellāte idētidē curiatis cū gemitu et lamētatiōe: idigne passus uirginē occidit: accusatur. Intētio ē: iiuria sororē occidisti. Depulsio ē: iure occidi. Quæstio ē: iure nū occiderit. Rō ē. Illa eni hostiū mortē lugebat: fratrū negligebat: me et populū romanū uicisse moleste ferebat. Infirmatio ē. Tamē a fratre idēnatā necari nō oportuit: ex qua iudicatio fit. Cū Horatia fratrū mortē negligeret: hostiū lugeret: fratris & populi romani uictoria nō gauderet: oportuerit ne eā a fratre idēnatā necari. Hoc i genere causæ primū si qd ex cæteris dabitur cōstōībus sumi oportebit: sicut i cōparatōe præceptū ē. Postea si qua facultas erit p aliquā cōstōnē illū ī quē crimē trāsfertur defēdere. Deide leuius eē illud: quod i alterū peccatū reus transferat: q̄ quod ipse susceperit. Postea trāslatōis ptibus uti et ostēdere a quo et p quos: et quō: et quo ipe: aut agi: aut iudicari: aut statui de ea re cōuenerit: ac simul nō optuisse ostēdere āte

supplicium: q̄ʒ iudicium iterponere. Tum leges quoqʒ & iudicia demõstranda sunt: per quæ potuerit id peccatũ: quod spõte sua reus punitus sit moribus: & iudicio uindicari. Deide neg... debebit: audiri oportere id quod in criminibus cõferatur: de quo is ipse q̄ cõferat iudiciũ fieri noluerit: & id quod iudicatũ nõ sit pro infecto haberi oportere. Postea impudẽtiã demõstrare eorũ qui cũ nũc apud indices accusent: quẽ sine iudicibus ipsi condẽnarint & de eo iudiciũ faciãt: de quo iã ipsi suppliciũ sumpserint. Postea perturbationẽ iudicij futurã dicemus: & iudices lõgius q̄ʒ potẽstatẽ habeãt progressuros: si simul & de reo: & de eo quẽ reus arguat iudicarint: deinde hoc si cõstitutũ sit: ut p̄ctã hoies peccatis: & iniurias iniurijs ulciscãtur: quãtũ incõmodorũ cõsequatur. Ac si fidẽ facere ipse qui nũc accusat ualuisset: ne hoc qdẽ ipso q̄cq̄ʒ opus fuisset iudicio. Si uero cæteri quoqʒ idẽ faciãt: oino iudiciũ nullũ futurũ. Postea demõstrabitur ne si iudicio qdẽ illa dãnata esset: in quã id crimẽ ab eo cõferatur: potuisse hũc ipsum de illa suppliciũ sumere. Quare esse indignũ cũ: qui ne de damnata quidem pœnã sumere potuisset: de ea supplicium sumpsisse: quæ ne adducta quidem sit in iudiciũ. Deinde postulabit: ut legem qua lege fecerit proferat. Deinde quemadmodum in comparatione præcipiebamus: ut illud quod comparabatur extenuaretur ab accusatore q̄ʒ maxime: si in hoc genere oportebit illius culpam in quem crimen transfertur cum huius maleficio qui se iure fecisse dicat: comparare. Postea demonstrandum est non esse illud eiusmodi: ut ob id occisio fieri conueniret. Extrema est: ut in comparatione as-

sumptio iudicationis & de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis dictio. Defensor autē quæ per alias constitutiones inducētur: ex his locis qui traditi sunt infirmabit. Ipsam autē relationē comprobabit: primū augendo eius in quem ferret crimē culpam & audaciam: & q̄ maxime per indignationē: si res ferret iuncta conquæstione ante oculos ponēdo. postea leuius demonstrando reum punitū q̄ sit ille promeritus: & suum suppliciū cum illius iniuria conferendo. Deinde oportebit eos locos q ita erunt ab accusatore tractari ut refelli: & contrariā in partē conuerti possint. Quo in genere sunt tres extremi contrariis rationibus infirmare. Illa aūt acerrima accusatorū criminatio per quā perturbationē fore omniū iudiciorū demonstrāt: si de indēnato supplicij sumēdi ptās data sit: leuabitur. Primū si eiusmodi demonstrabitur iniuria: ut non modo uiro bono uerum etiam homini libero uideatur non fuisse tolleranda. Deinde ita perspicua: ut ne ab ipso quidē qui fecisset in dubiū uocaretur. Deinde eiusmodi: ut in ea is maxime debuerit aīaduertere: qui aīaduerterit: ut nō tā rectum nō tam fuerit honestū: in iudiciū illā rem peruenire q̄ eo modo: atq ab eo iudicari q̄o et abs quo sit uindicata. Postea sic rem fuisse apertā: ut iudiciū de ea re fieri nihil attinuerit. Atq hic demonstrandū est rationibus et rebus similibus permultas ita atroces et perspicuas res esse: ut de his nō modo non necesse sit: sed ne utile quidē q̄ mox iudiciū fiat expectare. Locus cōmunis accusatoris in eum qui cum id quod arguitur negare non possit: tamen aliquid sibi spei comparet ex iudiciorum perturbatione. Atq hic utilitatis iudiciorū de

monstratio: & de eo conquæstio qui supplicium dederit indemnatus: in eius autem qui sumpserit audaciam & crudelitatem indignatio. Ab defensore in eius qué ultus sit audaciam sui conquæstione: rem non ex nomine ipsius negocij: sed ex consilio eius qui fecerit: et causa: & tempore considerari oportere: quid mali futurũ sit aut ex iniuria aut ex scelere alicuius: nisi tanta & tam perspicua audacia ab eo ad cuius famam: aut parentes: aut ad liberos pertinuerit: ad aliquã rem quam carã esse omnibus: aut necesse est: aut oporteret esse: fuerit uindicata.

DE REMOTIONE CRIMINIS. Titulus quintus.

r Emotio criminis est cum eius intentio facti quæ ab aduersario infertur: in alium aut in aliud dimouetur. Id fit bipertito. Nam tum causa tum res ipsa remouetur. Causæ remotionis hoc nobis exemplo sit. Rhodij quosdam legarunt athenas: legatis quæstores sumptum quem oportebat dari non dederunt: legati profecti non sunt. Accusantur. Intentio est. Proficisci oportuit. Depulsio est. Non oportuit. Quæstio est. Oportuerit. Ratio est. Sumptus enim qui de publico dari solet: is ab quæstore non est datus. Infirmatio est: uos tamen id quod publice uobis datum erat negocij conficere oportebat. Iudicatio: cum ijs qui legati erant sumptus qui de publico debebatur non daretur oportuerit ne eos conficere nihilominus legationem. Hoc in genere primũ sicut in cæteris: si quid aut

in coniecturali: aut ex alia constitutione sumi possit: uideri oportebit. Deinde pleraq; ex comparatione: & ex relatione criminis in hanc quoq; causam conueni re poterunt. Accusator autem illum cuius culpa id factum reus dicet: primum si poterit defendet. Sin minus poterit: negabit ad hoc iudicium illius: sed huius quem ipse accuset culpam pertinere: postea dicet suo quęq; officio consulere oportere: nec si ille deliquerit separatim: illum sicut hunc accusari oportere: & non cum huius defensione coniungi illius accusationem. Defensor autem cum & cætera si qua ex alijs incident cõstitutiõibus pertractarit: de ipsa remotione sic argumentabitur. Primum cuius acciderit culpa demonstrabit. Deinde cũ id aliena culpa accidisset: ostendet se: aut non potuisse: aut non debuisse id facere quod accusator dicat oportuisse. ꝙ non potuerit: ex utilitatis partibus in quibus est necessitudinis uis implicata demonstrabit. ꝙ non debuerit: ex honestate considerabitur. De utroq; distinctius in deliberatiuo genere dicetur. Deinde omnia facta esse ab reo quæ in ipsius fuerint potestate. ꝙ minus q̃; conuenerit factum sit culpa id alterius accidisse: deinde in alterius culpa exponenda demonstrandum est quantum uoluntatis & studij fuerit in ipso: & id signis confirmãdum huiusmodi ex cætera diligẽtia: ex ante factis: aut dictis: atq; hoc ipsi utile fuisse facere: inutile autem non facere: et cum cætera uita fuisse hoc magis consentaneum q̃; quod propter alterius culpam non fecerit. Si autem nõ in hominem certum: sed in rem aliquã causa dimouebitur: ut in hac eadem re: si quæstor mortuus esset: & icirco

legatis pecunia non data esset: accusatione alterius & culpæ depulsione dempta cæteris similiter uti locis oportebit: & ex concessionis partibus quæ conuenient assumere: de quibus post uobis dicendum erit. Loci autē cōmunes iidem utriq; fere qui superioribus assumptiuis incident. Hi tamē certissime accusatoris: facti indignatio. Defensoris cum in alio culpa sit: aut in ipso nō sit: supplicio se reum affici non oportere. Ipsius autem rei sit remotio: cum id quod datur crimini negat: neq; ad se: neq; ad officium suū reus pertinuisse: nec si quod in eo sit delictum sibi attribui oportere. Id causæ genus huiusmodi. In eo fœdere quod factum est quondā cum samnitibus: quidā adolescens nobilis porcam sustinuit iussu imperatoris. Fœdere autem ab senatu improbato & imperatore samnitibus dedito quidam in senatu cū quoq; dicunt qui porcam tenuerit dedi oportere. Intentio est. Dedi oportet. Depulsio est. Non oportet. Quæstio est. Oporteat ne. Ratio est. Non enim meum fuit officiū nec mea potestas: cū et id ætatis et priuatus essem: & esset summa cum auctoritate potestate imperator q̄ uideret: ut satis honestum fœdus feriretur. Infirmatio est. Atenim quoniā particeps tu factus es in turpissimo fœdere summæ religionis dedite cōuenit. Iudicatio. Cū is qui potestatis nihil habuit iussu imperatoris in fœdere & in tanta religione interfuerit dedendus ne sit hostibus necne. Hoc genus causæ a superiore hoc differt: q̄ in illo concedit se reus facere oportuisse id quod fieri dicat accusator oportuisse: sed alicui rei aut homini causam attribuit quæ uoluntati sue fuerit impedimento sine concessionis partibus. Nam eorū quædā ma

ior uis est quod paulo post intelligetur. In hoc autem non accusare alterū nec culpam in alium transferre debet: sed demōstrare eā rem nihil ad se: neq; ad potestatem: neq; ad officiū suū pertinuisse: aut pertinere. Atq; in hoc genere hoc accidit noui ꝙ accusator quoq; sæpe ex remotione criminationē conficit: ut si quis, cum accuset qui cum prætor esset in expeditionē ad arma populum uocarit: cum consules adessent. Nam ut superiore exemplo reus ab suo officio ac potestate factum dimouebat: sic in hoc ab eius officio: ac potestate qui accusatur: ipse accusator factum remouēdo ac ipsa ratione cōfirmat accusationē: & in hac ab utroq; ex omnibus utilitatis partibus: exemplis signis ratiocinando quid cuiusq; officij iuris: potestatis sit quæri oportebit: & fuerit ne ei de quo agitur: id iuris: officij: potestatis attributum necne. Locos autem cōmunes ex ipsa re si quid indignationis ac conquæstionis habebit sumi oportebit.

DE CONCESSIONE. Titu. sextus.

Concessio est per quam non factum ipsum improbatur ab reo: sed ut ignoscatur id petitur. Cuius partes sunt duæ purgatio & deprecatio. Purgatio est per quam eius qui accusatur nō factum ipsum: sed uolūtas defenditur. Ea habet partes tres: imprudentiā: casum: necessitudinē. Imprudentia est cum sciuisse aliquid is qui arguitur negatur: ut apud quosdā lex erat: ne qs dianæ uitulū immolaret: nautæ quidā cū aduersa tēpestate in alto iactarētur: uouerunt si eo portu quē cōspiciebāt potiti essent ei deo ꝗ

ibi esset se uitulũ immolaturos. Casu erat in eo portu phanum dianæ eius cui uitulũ immolare non licebat: imprudẽtes legis cum exissent uitulum immolauerũt. Accusantur: intentio est uitulũ immolasti ei deo cui nõ licebat. Depulsio est in concessione posita: ratio est: nesciui nõ licere: infirmatio est: tamẽ quoniã fecisti quod non licebat: ex lege supplicio dignus es. Iudicatio est: cum id fecerit quod nõ oportuerit: & id nõ oportere nescierit sit ne supplicio dignus. Casus autẽ infertur in concessionẽ cũ demõstrabitur aliqua uis fortunæ uolũtati obstitisse: ut in hac. Cũ lacedæmoniis lex esset: ut hostias nisi ad sacrificium quoddã redemptor præbuisset capitale esset: hostias is qui redemerat cum sacrificii dies instarẽt: in urbẽ ex agro cœpit agere: tum subito magnis cõmotus tẽpestatibus fluuius Eurotas is qui propter lacedæmonẽ fuit ita magnus & uehemẽs factus est: ut eo traduci uictimæ nullo modo possent: redẽptor suæ uolũtatis ostendendæ causa hostias constituit oẽs in littore: ut qui trans flumẽ essent uidere possent. Cũ oẽs studio eius subitã fluminis magnitudinẽ scirent fuisse impedimento: tamen quidã capitis accersierunt. Intentio est. Hostiæ quas debuisti ad sacrificium præsto non fuerũt. Depulsio est: concessio. Ratio. Flumen enim subito accreuit: & ea re traduci non potuerũt: Infirmatio est: tamẽ quoniã quod lex iubet: nõ factũ est: supplicio dignus es. Iudicatio est. Cum in ea re contra legẽ redẽptor aliquid fecerit qua in re studio eius subita fluminis obstiterit magnitudo suppliciis dignus ne sit. Necessitudo aũt infertur cũ ui quadã reus id quod fecerit fecisse defenditur: hoc modo: lex est apud rhodios: ut siqua

rostrata in portu nauis depræhēsa sit publicetur. Cum magna in alto tēpestas esset uis uētorum inuitis nautis rhodiorū in portū nauim coegit. Quæstor nauim populi uocat: nauis dominus negat oportere publicari. Intētio est: rostrata nauis i portu depræhēsa est: depulsio est cōcessio. Ratio: ui et necessario sumus in portū coacti. Infirmatio est. Nauim ex lege tamen populi esse oportet. Iudicatio est. Cū rostratā nauim i portu depræhensam lex publicarit. Cūq; hæc nauis inuitis nautis ui tēpestatis in portū cōiecta sit oporteat ne eā publicari. Horū triū generū iccirco in unū locū cōtulimus exēpla ꝙ similis in ea præceptio agumentorū traditur. Nā in his oibus primū si qd res ipsa dabit facultatis: coniecturam induci ab accusatore oportebit: ut id quod uolūtate factum negabitur cōsulto factum suspitione aliqua demōstretur. Deinde inducere diffinitionē necessitudinis: aut casus: aut imprudētiæ & exempla ad eam diffinitionē adiungere in quibus imprudentia fuisse uideatur: aut casus: aut necessitudo: et ab his id quod reus inferat separare: et id ostēdere difficile: quod leuius: facilius: nō ignorabile: nō fortuitū: non necessariū fuerit. Postea demōstrare potuisse uitari: & hac rōne prouidere potuisse: si hoc aut illud fecisset: aut ne sic fecisset precaueri: et diffinitiōibus ostēdere nō hāc imprudētiā: aut casum: aut necessitudinē: sed negligētiā: fatuitatē noīari oportere. Ac si quā necessitudo turpitudinē uidebitur habere oportebit per locorū cōmuniū implicationē redarguentē demōstrare qduis perpeti: mori denicq; satius fuisse ꝙ eiusmodi necessitudini obtēperare. Atq; tū ex his locis de qbus in negociali parte dictū est

iuris & aequitatis naturã oportebit quærere: & quasi in absoluta iuridiciali per se in hoc ipsum rebus oibus separatim considerare. Atq; hoc in loco si facultas fuerit exemplis uti oportebit: quibus in simili excusatione non sit ignotum: & contentione magis illis ignoscendum fuisse: & ex deliberationis partibus turpe aut inutile esse concedi eã rem quæ ab aduersario cõmissa sit & permagnum esse & permagno futurũ detrimẽto: si ea res ab his q ptãtem habẽt iudicandi neglecta sit. Defensor autẽ conuersis omnibus his partibus poterit uti. Maxime autẽ in uolũtate defendẽda cõmorabitur: & in ea re adaugẽda: quæ uoluntati fuerit impedimẽto: & se plus q̃ fecerit facere nõ potuisse: & in oibus rebus uoluntatẽ spectari oportere & se conuiuio nõ posse: q nõ absit a culpa: & ex suo noie cõmunẽ hominũ infirmitatẽ posse dãnari. Deinde nihil eẽ indignius q̃ eum qui culpa careat supplicio nõ carere. Loci autẽ cõmunes hi sunt accusatoris in confessione & q̃ta potestas peccandi relinquãtur: si semel institutũ sit: ut non de facto: sed de facti causa quæratur. Defensoris est conquæstio calamitatis eius: qui non culpa: sed ui maiori quadã acciderit: et de fortunæ potestate: & hominũ infirmitate & uti suum animũ nũ euentũ considerẽt. In quibus oibus conquæstionẽ suarũ ærũnarum & crudelitatis aduersariorũ indignationẽ inesse oportebit. Ac neminem mirari cõueniet: si aut in his: aut in aliis exemplis scripti quoq; controuersiã adiunctã uidebit. Quo de genere post erit nobis separatim dicendũ. Propterea q quædã genera causarũ simpliciter: et ex sua ui considerãtur. Quædã aũt sibi aliud quoq; aliquod cõtrouer

siue genus assumunt. Quare omnibus cognitis non erit difficile: in unăquăq; cām transferre: quod ex eo quoq; genere conueniet: ut in his exemplis concessionis inest omnibus scripti controuersia ea quæ ex scripto: & sentētia nominatur: sed quia de cōcessiōe loquæbamur in eam præcepta dedimus. Alio aūt loco de scripto & sentētia dicemus. Nunc in alterā cōcessionis partē considerationem intendamus.

DE DEPRAECATIONE. Ti. vij.

d Epræcatio est in qua nō defensio facti: sed ignoscēdi postulatio cōtinetur. Hoc genus uix in iudicio probari potest: ideo ꝙ cōcesso peccato difficile est ab eo qui peccatorū uindex eē debet: ut ignoscat impetrare: q̄̃ re parte eius generis, cum causam nō in eo cōstitueris uti licebit: ut si pro aliquo claro: aut forti uiro cuius in rēpu. multa sint beneficia dicere nō possis: cū uidearit non uti depræcatione.: uti tamē ad hunc modum. Quod si iudices hic pro suis beneficiis pro studio quod in uos semper habuit tali uos tempore multorū suorū recte factorum causa uni delicto: ut ignosceretis postularet: tam dignum uestra mansuetudine q̄̃ uirtute eius esset o iudices a uobis hanc rē hoc postulante impetrari. Deinde augeri beneficia licebit & iudices per locum cōmunem ad ignoscendi uolūtatem deducere. Quare hoc genus q̄̃q̄ in iudicio non uersatur: nisi quadam ex parte: tamen quia pars ipsa inducenda nōnunq̄̃ est: in senatu aut consilio sæpe omni in genere tractanda in id quoq; præcepta ponemus.

Nam in senatu & in consilio de Siphace diu deliberatum est: & de quinto Numitorio pulso apud. L. optimum: & eius consilium diu ductum est: & magis in hoc quidem ignoscendi q̄ꝫ cognoscendi postulatio ualuit. Nam semper animo bono se in populū romanum fuisse: non tam facile probabat cum coniecturali constitutione uteretur: q̄ꝫ ut propter posterius beneficium sibi ignosceretur: ut depræcationis partes adiungeret. Oportebit igitur eum qui sibi ut ignoscatur postulabit: si qua sua poterit beneficia commemorare: & si poterit ea ostendere maiora esse q̄ꝫ hæc quæ deliquerit: ut ab eo plus boni q̄ꝫ mali profectum esse uideatur. Deinde maiorum suorum beneficia: si qua extabunt proferre. Deinde ostendetur non odio neqꝫ crudelitate fecisse: quod fecerit: sed stultitia aut impulsu alicuius: aut aliqua honesta aut probabili causa. Postea polliceri & cōfirmare se: & hoc pacto edoctum & beneficio eorum: qui sibi ignouerint confirmatum omni tempore a tali ratione abfuturum. Deinde spem ostendere aliquo se in loco magno ijs qui sibi concesserint usui futurum. Postea si facultas erit: se aut consanguineum: aut etiam a maioribus: & primis amicum esse demonstrabit & amplitudinem suæ uoluntatis: & nobilitatem generis eorum: qui se saluum uelint: & dignitatem ostendere: & cætera ea quæ personis ad honestatem & amplitudinem sunt attributa: cum quæstione sine arrogantia in se esse demonstrabit: ut honore potius aliquo q̄ꝫ ullo supplicio dignus esse uideatur. Deinde cæteros proferre: quibus maiora delicta concessa sunt. Ac multū proficiet: si se misericordē in ptāte et propēsum ad ignoscē

dũ fuisse ostẽdet: atq́ ipsum illud peccatũ erit extenuã dum: ut q̃ minimũ obfuisse uideatur: et aut turpe: aut inutile: demõstrandũ tali de hoĩe suppliciũ sumere. Deinde cõibus locis misericordiã captare oportebit: ex his præceptis: quæ in primo libro sunt exposita. Aduersarius aũt malefacta augebit: nihil ĩprudẽter: sed oĩa ex crudelitate & malitia facta dicet. Ipsum ĩmisericordẽ superbũ fuisse: & si poterit ostẽdet semper inimicum fuisse: & amicũ fieri nullo mõ posse: si beneficia proferet reus: aut aliqua de eã facta: nõ propter beniuolentiã demõstrabit: aut postea odiũ acre eẽ susceptũ: aut illa oĩa maleficijs deleta: aut leuiora beneficia q̃ maleficia: aut cũ beneficijs honor hitus sit: pro maleficio pœnã sumi oportere: deniq; turpe eẽ: aut inutile ignosci. Deĩde de quo ut ptãs eẽt sæpe optarit ĩ cũ ptãtẽ nõ uti summã eẽ stultitiã: & cogitare oportere quẽ aĩm in eũ & q̃ optime habuerint. Locus aũt cõis indignatio maleficij. Et alter: eorũ misereri oportere: q̃ propter fortunã: nõ propter malitiã in miserijs sint. Quoniã igitur ĩ generali cõstõne tãdiu propter eius partiũ multitudinẽ cõmoramur: ne forte uarietate et dissimilitudĩe rerũ deductus alicuius aĩus ĩ quẽdã errorẽ deferatur: q̃d etiã nobis ex eo genere restat: et quare restat admonẽdũ uidetur. Iuridicialẽ cãm eẽ dicebamus: ĩ q̃ æq̃ et ĩiq̃ natura et præmij: aut pœnæ rõ quæritur. Eas cãs in q̃bus de æquo et iniquo quæritur exposuimus. Restat nũc ut de præmio et de pœna explicemus. Sũt eĩ multe cãæ quæ ex præmij alicuius petitõe cõstãt. Nã et apd' iudices de præmio sæpe accusatorũ quæritur: et a sẽatu aut cõsilio aliq̃d præmiũ sæpe petitur. ac neminẽ cõuẽiet arbitrari

nos cũ aliquod exemplũ ponamus: quod in senatu aga tur ab iudiciali genere exemplorũ recedere. Quicquid enim de homine probando: aut improbãdo dicitur: cũ ad eam dictionem sententiarũ quoq; ratio accommode tur: id & si per sententiæ dictionem agitur: nõ tamẽ et deliberatiuum est: sed quia de homine statuitur: iudi ciale est habendum. Omnino autẽ qui diligẽter omniũ causarũ uim & naturã cognouerit: cum genere primo: tum etiã forma eas intelliget dissidere: cæteris autem partibus aptas inter se omnes: & aliam in aliã impli catam uidebit. Nunc de præmiis consideremus. L. Lici nius Crassus consul quosdam in citeriore gallia nullo illustri neq; certo duce: neq; eo noie: neq; numero præ ditos ut digni essent: qui hostes romani populi esse di cerentur: qui tamẽ: cum excursionibus et latrociniis in festam prouinciã redderent: consectatus est: & cõfecit: romam rediit: triumphũ ab senatu postulat. Hic & in deprecatione nihil ad nos attinet: rationibus & infir mationibus rationum supponẽdis ad iudicationẽ per uenire. propterea nisi alia quoq; incidet cõstitutio: aut pars constitutionis simplex erit iudicatio: & in quæ stiõe ipsa cõtinebitur. In deprecatiõe hmõi oporteat ne pœna affici. In hac huiusmodi. Oporteat ne dari præ miũ. Nunc de præmii quæstione appositos locos expo nemus. Rõ igitur præmii est quattuor i partes distribu ta in beneficia: in hominẽ: in præmii genus: in faculta tes. Beneficia ex sua ui & ex tẽpore: ex animo eius qui fecerit ex casu cõsiderẽtur. Ex sua ui quærũtur hoc mo do: Magna: an parua: an facilia: an difficilia: singula ria sint an uulgaria: uera an falsa: qua nam ex ratione

honestētur. Ex tempore autē: si tum cum indigeremus: cum cæteri non possent: aut nollent opitulari: si tum cū spes deseruisset opitulatus sit. Ex animo si nō sui commodi causa: sed eo consilio fecit omnia: ut hoc conficere posset. Ex casu: si non fortuna sed industria factū uidebitur: aut si industriæ fortuna obstitisset. In hoiem autē: quibus rōnibus uixerit: quid sumptus in eam rem: aut laboris etiā sumpserit: & si quid aliquādo tale fecerit: num alieni labores: aut deorū bonitatis præmium sibi postulet: num aliquādo ipse talem ob causam aliquam præmio affici negarit oportere: aut non iam satis pro eo: quod fecerit honos habitus sit: aut nō necesse ei facere id quod fecerit: aut num hmōi sit factū: ut nisi fecisset supplicio dignus esset: nō quia fecerit præmio: aut num ante tēpus præmiū petat: et spem incertā pro certo uēdicet præcio: aut num ꝙ suppliciū uitet eo præmiū postulet: ut de se præiudictū factū esse uideatur. In præmĳ autē genere quid: & quātū: & quāobrē postuletur: & quo & quāto quæq; res præmio digna sit cōsiderabitur. Deinde apud maiores quibus hoibus: & q̄bus de causis talis honos sit habitus quæretur. Deinde ne is honos nimiū peruagetur. Atq; hic eius ꝗ cōtra aliquē præmiū postulantē dicet: locus erit cōis præmia uirtutis & officĳ sancta & casta eē oportere: neq; ea aut cū improbis cōicari: aut in mediocribus hoibus peruulgari. Et alter. minus hoies uirtutis cupidos fore uirtutis præmio peruulgato. Quæ enim rara & ardua sint ea expediēdo pulchra & iucūda hoibus uideri. Et tertius. si existant ꝗ apud maiores nostros ob egregiā uirtutē tali honore dignati sunt: nōne de sua gloria cū pa

ri præmio tales hoies affici uideāt deliberari pntēt: & eorū dinumeratio & cū eis cōtra quos dicat cōparatio. Eius aūt: qui præmiū petet facti sui āplificatio: & eorū qui affecti sunt præmio cū suis factis cōtētio. Deide cæteros a uirtutis studio repulsum iri: si ipse præmio nō sit affectus. Facultates aūt cōsiderātur: cū aliquod pecuniarū in præmiū postulatur: in quo utrum copia ne sit agri: & uectigaliū pecuniæ: an pœnuria cōsideretur. Loci cōes facultates augere: nō minuere oportere: et ipudētē esse ꝗ pro beneficio nō gratiā: uerū mercedē postulet. Cōtra aūt de pecunia rōnari sordidū esse: cū de gratia referēda deliberetur: & se preciū nō pro facto: sed honorē ita ut factitatū sit pro beneficio postulet. Ac de cōstitutionibus quidē satis dictū est: nūc de his cōtrouersijs: quæ in scripto uersantur, dicendum uidetur.

DE CONTROVERSIIS IN SCRIPTO. Tit. viij.

In scripto uersatur cōtrouersia: cum ex scriptiōis rōne aliquid dubij nascitur: id fit ex ambiguo: ex scripto & sentētia: ex contrarijs legibus: ex rōcinatione: ex diffinitiōe. Ex ambiguo autē nascitur cōtrouersia: cū quid senserit scriptor obscurū est: quod scriptū duas pluresue res significat, ad hunc modū. Paterfa. cū filiū hæredē faceret: uasorū argenteorū centū pōdo uxori suæ sic legauit. Hæres meus uxori meæ uasorū argenteorū pondo centū: quæ uolet dato. Post mortē eius uasa magnifice & preciose cælata petit a filio mater. Ille se quæ ipse uolet debe

re dicit. Primũ si fieri poterit demonstrandũ est nõ esse ambigue scriptum: propterea φ omnes in cõsuetudine sermonis sic uti solẽt eo uerbo uno: pluribusue i ea sententia: in qua is qui dicet accipiẽdum esse demõstrabit. Deinde ex superiore & inferiore scriptura docẽdũ id: quod quæratur fieri perspicuũ: quare si ipsa separati ex se uerba considerẽtur: oĩa aut plæriq; ãbigua uisum iri: quæ aũt ex oĩ cõsiderata scriptura perspicua fiant hæc ambigua non oportere existimari. Deinde quæ in sentẽtia scriptor fuerit ex cæteris eius scriptis: dictis: et factis: animo atq; uita eius sumi oportebit: et eã ipsam scripturã in qua inerit illud ãbiguũ de quo quæritur totã ex oĩbus partibus pertẽtare: si φd: aut ad id appositũ sit: quod nos interprætemur: aut ei quod aduersarius intelligat aduersetur: nam facile: quid uerisimile sit eum uoluisse qui scripserit ex omni scriptura & ex persona scriptoris: atq; his rebus quæ personis attributæ sunt cõsiderabitur. Deinde erit demõstrandũ si quid ex ipsa re dabitur facultatis id quod aduersarius intelligat: multominus commode fieri posse φ̃ id quod nos accipimus: φ illius rei neq; administratio neq; exitus ullus extet: nos quod dicamus facile & cõmode trãsigi posse: ut in hac lege (Nihil eni prohibet fictam exempli loco ponere: quo facilius res intelligatur) Meretrix coronam auream nõ habeto: si habuerit publica esto. cõtra eum qui meretricẽ publicari dicat ex lege oportere posse dici: neq; administrationẽ ullã esse publicæ meretricis: neq; exitũ legis in meretrice publicãda. At in auro publicãdo & administrationẽ et exitum facilem esse: & incõmodi nihil inesse. Ac diligenter hic quoq;

attendere oportebit:num illo probato quod aduersarius intelligat:utilior res:aut honestior:aut magis necessaria a scriptore neglecta uideatur. Id fiet si id quod nos demõstrabimus honestum:aut utile: aut necessariũ demonstrabimus:si id quod ab aduersarijs dicatur minime eiusmodi dicemus esse. Deinde si in lege erit ex ambiguo controuersia dare operam oportebit ut de eo quod aduersarius intelligat:alia in lege cautũ esse doceatur. Permultum proficiet illud demonstrare quẽadmodum scripsisset:si id quod aduersarius accipiat fieri:aut intelligi uoluisset ut in hac causa in qua de uasis argẽteis quæritur possit mulier dicere nihil attinuisse ascribi quæ uolet:si hæredis permitteret uoluntati: eo enim nõ ascripto nihil inesse dubitationis quin hæres quæ ipse uellet daret. Amentiã igitur fuisse cũ hæredi uellet cauere id ascribere:quo nõ ascripto nihilominus hæredi caueretur. Quare hoc genere magnopere talibus in causis oportebit uti si hoc modo scripsisset isto usus non esset:non isto loco uerbum istud collocasset:nam ex his scripti sententia maxime perspicitur. Deinde quo tempore scriptum sit quærendum est: ut quod eum uoluisse in eiusmodi tempore uerisimile sit intelligatur. Post ex deliberationis partibus quod utilius & honestius:& illi ad scribendum & his ad comprobãdum sit demõstrandum:& ex his si quid amplificationis dabitur cõmunibus utroq; locis uti oportebit. Ex scripto & sententia controuersia consistit: cum alter uerbis ipsis quæ scripta sunt utitur: alter ad id quod scripsisse dicet: omnẽ adiũget dictionẽ. Scriptoris autẽ sententiam ab eo qui sententia se defendit:tum

semper ad idem spectare: & idem uelle demonstrabitur: tum aut ex facto: aut ex euentu aliquo ad tēpus id quod instituerit accōmodabitur. Semper ad idem spectare hoc modo. Paterfamilias cum liberorū haberet nihil: uxorem aūt haberet: in testamēto ita scripsit. Si mihi genitus sit filius unus pluresue: is mihi hæres esto. Deinde quæ assolent. Postea si filius ante moritur q̄ in tutelam suam euenerit: tum mihi dicebat secūdus hæres esto. Filius natus nō est: abigunt agnati cum eo qui est secundus hæres: si filius anteq̄ in tutelam suā uenerit mortuus sit: In hoc genere nō potest hoc dici ad tempus aut ad euentū aliquē sententiā scriptoris oportere accommodari. propterea q̄ ea sola esse demonstratur: qua fretus ille qui contra scriptum dicet suam esse hæreditatem defendit. Illud autē genus eorum qui sententiam indicunt: in quo non simplex uoluntas scriptoris ostenditur: quæ in omne tempus: & in omne factum: idem ualeat: sed ex quodam facto: aut euentu ad tēpus interpretanda dicitur. Ea ex partibus iuridicialis assumptiuæ sustinetur. Nam tum inducitur comparatio ut in eum qui cum lex aperiri portas noctu uetaret: aperuit quodam in bello & auxilia quædam in oppidum recepit ne ab hostibus comprimerentur: si foris essent: quod prope muros castra hostes haberent. Tum relatio criminis ut in eo milite: qui cum cōmunis lex omniū hominem occidere uetaret: tribunus militem suū: qui uim sibi inferre conaretur occidit: Tum remotio criminis: ut in eo qui cū lex quibus diebus in legationē proficiscerentur præstituerat: quia sumptū nō dedit quæstor: profectus nō est: Tum cōcessio per purgationē et per impru

dentiã facti: ut est in nituli immolatione & per uimẽ: ut in naui rostrata & per casum: ut in eurotæ fluminis magnitudine. Quare aut ita sentẽtia indicetur ut unum quiddã uoluisse scriptor demõstretur: aut sic: ut in eiusmodi re & tẽpore hoc uoluisse doceatur. Ergo is qui scriptũ defendet his locis plærũq; oibus maiore autem parte semper poterit uti. Primum scriptoris collaudatione & loco cõmuni: nihil eos qui iudicent: nisi id quod scriptum sit spectare oportere: & hoc eo magis si legitimũ scriptum proferetur: id est aut lex ipsa aut ex lege aliquid. Postea quod uehementissimũ est facti aut intẽtionis aduersariorũ cum ipso scripto contentione: quid scriptum sit: quid factum: qd iuratus iudex. Quẽ locum modis uariare oportebit: tum ipsum secũ admirantẽ quidnã contradici possit: tum ad iudicis officium reuertentẽ & ab eo quærentem quid præterea audire aut expectare debeat: tum ipsum aduersariũ: quasi intentantis loco producendo: hoc est interrogando utrum scriptum esse neget: aut contra contendi neget: utrũ negare ausus sit se dicere desiturum. Si neutrũ neget: & contra tamen dicat nihil esse quo hominẽ impudentiorem quisq; se uisurum arbitretur. In hoc ita cõmorari conueniet: quasi nihil præterea dicendũ sit: & quasi cõtradici nihil possit: sæpe id quod scriptum est recitando: sæpe cum scripto factũ aduersarij comparãdo atq; interdũ acriter ad iudicẽ ipsum reuertendo. Quo in loco iudici demonstrandũ est: qd iuratus sit: qd sequi debeat. Duabus de causis iudicẽ dubitari oportere: si aut scriptũ sit obscure: aut neget aliqd aduersarius: cum et scriptũ sit aperte: et aduersarius oĩa cõfiteatur: tum iu-

dicē legi parere nō interpraetari legē oportere. Hoc lo co confirmato: tū diluere ea quae cōtradici poterāt opor tebit. Contra autē dicetur si aut prorsus aliud sensisse scriptor: & scripsisse aliud demōstrabitur ut in illa de testamēto quā posuimus controuersia: aut causa assum ptiua inferetur. Quāobrem scripto nō potuerit: aut non oportuerit obtēperari. Si aliud sensisse scriptor: aliud scripsisse dicetur: is q scripto utetur hoc dicet nō opor tere de eius uoluntate nos argumentari qui ne id facere possemus: indicium nobis reliquerit suae uolūtatis mul ta incōmoda sequi si instituatur: ut a scripto recedatur. Nam et eos qui aliqd scribāt nō existimaturos id quod scripserint ratum futurū: & eos qui iudicēt certū quod sequātur nihil habituros si semel a scripto recedere con sueuerint. q si uoluntas scriptoris conseruāda sit: se et non aduersarios a uoluntate eius stare. Nam multo pro prius accedere ad scriptoris uolūtatem eum qui ex ipsi us eam litteris interpraetetur q illum qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet: q ille suae uo luntatis quasi imaginem reliquerit: sed domesticis su spitionibus perscrutetur. Sin causam afferet is qui a sententia stabit primum erit contra dicendum q ab surdum sit non negare contra legem fecisse: sed qua re fecerit causam aliquam inuenire. Deinde conuer sa esse omnia: ante solitos esse accusatores iudicibus persuadere affinem esse alicuius culpae eum qui accu saretur: & causam proferre quae eum ad peccandum impulisset. Nunc ipsum reum causam afferre quare de liquerit. Deinde hāc inducere partitionem cuius in sin gulis partibus multae conueniunt argumentationes.

Primũ nulla in lege ullam causam cõtra scriptũ acci-
pi conuenire. Deinde si in cæteris legibus cõueniat hãc
esse huiusmodi legẽ: ut in ea non oporteat. Postremo si
in hac quoq; lege oporteat hanc quidẽ causam minime
accipi oportere. Prima pars his locis cõfirmabitur: scri
ptori: neq; ingeniũ: neq; operam: neq; ullam facultatẽ
defuisse quo minus posset aperte perscribere id quod
cogitaret. Non fuisse ei graue: neq; difficile eã causam
excipere quã aduersarij proferãt: si quicq̃ excipiendũ
putasset: consueuisse eos qui legem scribant exceptioni
bus uti. Deinde oportet recitare leges cum exceptiõibus
scriptas: & maxime uidere siqua in ea ipsa lege de qua
agitur: sit exceptio aliquo in capite: aut apud eiusdem
scriptorem legis: quo magis probetur eum fuisse exce-
pturum: si quid excipiendũ putaret & ostendere cau-
sam accipere nihil aliud eẽ nisi legẽ tollere: ideo quod
cum semel causa consideretur nihil attineat eam ex le-
ge cõsiderare: quippe quæ in lege scripta nõ sit. Quod
si sit institutũ: omnibus dari causam & potestatẽ pec-
candi cum intellexerint uos ex ingenio eius qui cõtra
legem fecerit: non ex lege in quã iurati sitis rem iudica
re. Deinde & ipsis iudicibus iudicandi & cæteris ciui
bus uiuendi rationes perturbatũ iri: si semel a legibus
recessum sit. Nam & iudices nec quid sequãtur habitu
ros si ab eo quod scriptum sit recedant: neq; quo pacto
alijs improbare possint: quod contra legem iudicarint
& cæteros ciues qd agant ignoraturos si ex suo quisq;
consilio & ex ea ratione quæ in mentẽ aut libidinẽ ue
nerit: nõ ex cõmuni præscripto ciuitatis unãquãq; rem
administrabit. Postea quærere a iudicibus ipsis quare

in alienis detineantur negocijs: cur reipu.munere im-
pediantur: cum sæpius suis rebus & commodis seruire
possint: cur in certa uerba iurent: cur certo tempore cō-
ueniant certoq; discedant: cur nihil quisq̄ afferat cau-
sæ quo minus frequēter operam reipu. det nisi quæ cau
sa in lege excepta sit: an se legibus obstrictos in tantis
molestijs esse æquum censeant: aduersarios uero nostros
leges negligere cōcedant? Deinde item inquirere ab iu
dicibus: si eius rei causæ propter quā se reus contra legē
fecisse dicat exceptionē ipse in lege ascribat passuri ne
sint. Postea hoc quod faciat indignius & imprudētius
esse q̄ si quid ascribat. Age porro q̄d si ipsi uelint iu-
dices ascribere passurus ne sit populus? Atq̄ hoc esse in
dignius: quā rem uerbo & litteris mutare non possint
eam re ipsa & iudicio maxime cōmutare. Deinde indi
gnum esse de lege aliquid derogari: aut legē abroga-
ri: aut aliqua ex parte cōmutari cum populo cognoscē-
di & probandi: aut improbādi fiat potestas nulla: hoc
ipsis iudicibus inuidiosum futurū: non hūc locum esse:
neq; hoc tempus legū corrigendarū apud populū: hoc
& per populum agi conuenire: q̄ si nunc id agāt uel
le scire se qui lator sit: & qui sint accepturi: se actiones
uidere & dissuadere uelle. q̄ si hæc cum summe inuti-
lia: tum multo sint turpissima: legem cuiuscunq; modi
sit conuenire in præsentia conseruari a iudicibus. Post
si displiceat a populo corrigi conuenire. Deinde si scri-
ptum non extaret magnopere quæremus: neq; isti nisi
extra periculum quidē esset crederemus. Nūc cum scri-
ptum sit amētiam esse eius qui peccarit potius q̄ legis
ipsius uerba cognoscere. His huiusmodi ratiōibus ostē-

ditur causam extra scriptum accipi non oportere. Secūda pars est in qua est ostendēdum si in cæteris legibus oporteat in hac non oportere. Hoc demōstrabitur si lex aut ad res maximas:honestissimas:utilissimas:religiosissimas uidebitur pertinere. Aut inutile:aut turpe:aut nephas esse tali in re non diligentissime legi obtemperare debere:aut non ita lex:diligenter perscripta demōstrabitur ita cautum unaquaq; de re:& ita quod oportuerit exceptum:ut minime cōueniat quicq; tam diligēti scriptura præteritū arbitrari. Tertius locus:est ei qui pro scripto dicet maxime necessarius: per quem ostendat oportet:si conueniat causam contra scriptum accipi:eam tamē minime oportere quæ ab aduersario proferatur. Qui locus iccirco est huic necessarius:q semper is qui contra scriptū dicit. æqtatis aliquid afferat:oportet. Nam summa imprudētia est eum qui cōtra q; quod scriptum sit aliquid probare uelit:non æquitatis præsidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa quippiā accusator deroget omnibus partibus iustius & probabilius accusare uideatur. Nā superior oratio hoc oīs faciebat uti iudices etiā si nollent necesse esset:hoc aūt etiā si necesse nō esset ut uellēt contra iudicare. Id autem fiet: si quibus ex locis culpa demonstrabitur esse in eo q aut cōparatione:aut remotione:aut relatione criminis: aut concessionis partibus se defendit:de quibus ante ut potuimus diligēter perscripsimus de his locis quos res postulabit:ad causam aduersariorū improbandā transferemus:aut causæ & rationes afferētur:quare et quo cōsilio ita sit in lege:aut in testamēto scriptū:ut sententia quoq; & uoluntate scriptoris:et nō ipsa solum scriptu-

ræ causa confirmatũ esse uideatur: ut alijs quoq; constitutionibus factum coarguetur. Cõtra scriptũ autem qui dicet primũ cum inducet locũ per quẽ æquitatis causæ demõstrentur. Aut ostendet quo animo: quo cõsilio: qua de causa fecerit: & quãcunq; causam assumet: assumptionis partibus se defendet de quibus antedictum est. Atq; hic in loco cũ diutius cõmoratus sui facti ratione & æqtatẽ causæ exornauerit: tum ex his locis fere contra aduersarios dicet cãm oportere accipi: demõstrabit nullã esse legẽ quæ aliquã rem inutilẽ: aut iniquã fieri uelit: oĩa supplicia quæ a legibus proficiscantur culpæ ac malitiæ uindicãdæ causa cõstituta esse. Scriptorem ipsum si existat factũ hoc probaturũ: & idẽ ipsum si ei tale accidisset facturũ fuisse: & ea re legis scriptorem certo ex ordine iudices certa ætate constituisse præditos ut essent non q scriptũ suũ recitarẽt: quod quiuis puer facere posset: sed q cogitationẽ assequi possent: & uoluntatem interprætari. Deinde illũ scriptorẽ si scripta sua stultis hominibus et barbaris iudicibus cõmitteret: omnia summa diligẽtia perscrutaturũ fuisse. Nunc uero q intelligeret quales uiri iudicaturi essent: iccirco cum quæ perspicua uideret esse nõ ascripsisse: neq; enim uos scripti sui recitatores: sed uolũtatis interpræetes fore putauit. Postea quærere ab aduersarijs: q si hoc fecissem: quid si hæc accidissent: eorũ aliquid in qbus: aut causa sit honestissima: aut necessitudo turpissima: tum ne accusaretis? Atqui hoc lex nusq̃ excepit: nõ omnia ergo scriptis: sed quædam quæ perspicua sint tacitis exceptionibus caueri. Deinde nullam rem: neq; legibus neq; scriptura ulla; neq; in sermone quidem

quotidiano atq; imperijs domesticis recte posse admini strari: si unusquisq; uelit uerba spectare: & non ad uo luntatem eius qui uerba habuerit accedere. Deinde ex utilitatis & honestatis partibus ostēdere q inutile: aut q turpe sit id quod aduersariū dicant fieri oportuisse aut oportere: & id quod fecerimus aut postulemus q utile: aut q honestum sit. Deinde leges nobis caras esse non propter litteras: quae tenues & obscurae notae sint uoluntatis: sed propter earū rerum: quibus descriptum est utilitatē & eorū: qui scripserūt sapientiā & diligē tiam. Postea quid sit lex describere: ut ea uideatur i sen tentijs nō in uerbis consistere: ut iudex is uideatur legi obtemperare qui sentētiam eius nō qui scripturā sequa tur. Deinde q indignū sit eodem affici supplicio: eum qui propter aliquod scelus & audaciā contra leges fe cerit: & eum qui honesta aut necessaria de causa nō ab sentētia: sed ab litteris recessit legis. Itaq; his & huius modi rationibus: & accipi causam: & in hac accipi le ge: & eam causam quā ipse afferat accipi oportere de monstrabit. Et quēadmodū ei dicebamus: qui a scripto diceret: hoc fore utilissimū si quid de aequitate ea quae cum aduersario staret derogassēt: sic huic qui cōtra scri ptum dicet plurimū proderit ex ipsa scriptura aliquid ad suā causam conuertere: tum ambiguū aliqd ostende re. Deinde ex illo ambiguo eam partē quae sibi prosit defendere: aut uerbi definitionē inducere: & illius uer bi uim quo urgeri uideatur ad causae cōmodum tradu cere: aut ex scripto non scriptū aliquod inducere per ra tiocinationē de qua posterius dicemus. Quaecūq; aūt in re quāuis leuiter probabili scripto ipso se defendit etiā

cum æquitate causa abundabit: necessario multum pro
ficiet: ideo q̄ si id quo nititur aduersariorū causa sub-
duxerit omnē illam eius uim & acrimoniā lenierit ac
diluerit: loci autem cōmunes cæteri ex assumptiōis par
tibus in utrāq; partem conuenient. Præterea autē eius
qui a scripto dicet leges ex se non ex eius qui cōtra cō-
miserit utilitati spectari oportere & legibus antiqui-
us haberi nihil oportere: contra scriptum legis in consi
lio scriptoris & utilitate cōmuni: nō in uerbis consiste
re. Quam indignum sit æquitatem litteris urgeri quæ
uoluntate eius qui scripserit defendatur. Ex contrariīs
autem legibus controuersia nascitur: cum inter se uidē-
tur duæ leges: aut plures discrepare hoc modo. Lex est
qui tyrannum occiderit olympicarum præmia capito:
& quam uolet sibi rem a magistratu deposcito: & ma
gistratus ei concedito. Et altera lex est: tyranno occiso
quinq; eius proximos cognatione magistratus necato.
Alexandrum qui apud phereos in thessalia tyrannidā
occuperat: uxor sua cui nomen Thebe fuit noctu cum si
mul cubaret occidit. Hæc filium suum quem ex tyran-
no habebat sibi in præmiī loco deposcit. Sunt qui ex le
ge puerum occidi dicant oportere: res in iudicio est. In
hoc genere utranq; in partem iīdem loci eademq; præ
cepta conuenient. ideo q̄ uterq; suam legem confirma
re & contrariam infirmare debebit. Primum igitur le-
ges oportebit contēdere considerando utra lex ad ma-
iores hoc est ad utiliores & honestiores ac magis neces
sarias res pertineat. Ex quo conficitur ut si leges duæ:
aut plures erunt: aut quotquot erunt quæ cōseruari nō
possunt: quia discrepent inter se maxime conseruanda

putetur quæ ad maximas res pertinere uideatur. Deinde utra lex posterius lata sit: nam postrema quæq; grauissima est. Deide utra lex iubeat aliquid utra permittat: nam id quod imperatur necessariũ est: illud quod permittitur uoluntariũ est. Deinde in utra lege: si non obtemperatum sit pœna afficiatur: aut in utra maiori pœna statuatur. Nam maxime conseruanda est ea quæ diligentissima est & sancta. Deinde utra lex iubeat: utra uetet. nam sæpe ea quæ uetat quasi exceptiõe quadam corrigere uidetur illam quæ iubet. Deinde utra lex de genere omni: utra de parte aliqua: utra communiter in plures: utra in aliquam rem certam scripta uideatur. Nam quæ in partem aliquam & quæ in certam aliquam rem scripta promptius ad causam accedere uidetur & ad iudicium magis pertinere. Deinde ex lege utrum statim fieri necesse sit: utrũ in se habeat aliquam moram & sustentationẽ: nam id quod statim faciendum sit: perfici prius oportet: deinde operam dare ut sua lex ex ipso scripto uideatur niti: cõtraria autem: aut per ambiguũ: aut per ratiocinationẽ: aut per definitionem induci. & sanctius: & firmius id uideatur esse: quod apertius descriptum sit. Deide suæ legis ad scriptum ipsum: sententiã quoq; adiungere. Cõtrariã legem: item ad illam sententiam traducere: ut si potest fieri ne discrepare quidem uideantur inter se. Postremo facere si causa dabit facultatem: ut nostra ratione utraq; lex conseruari uideatur & aduersariorũ ratiõe altera sit necessario negligenda: locos autem cõmunes: & quos ipsa causa det uidere oportebit: et ex utilitatis & honestatis amplissimis partibus sumere demõstran

tem per amplificationẽ ad utram potius oporteat acce dere legem. Ex ratiocinatiõe nascitur cõtrouersia cum ex eo quod uspiam est ad id quod nusq̃ scriptũ est per uenitur. Hoc pacto lex si furiosus est agnatorum: gentiliumq; in eo pecuniaq; eius potestas esto. Et lex: paterfamilias uti super familia pecuniaq; legasset: ita ius esto. Et lex si paterfamilias intestatus moritur familia pecuniaq;: eius agnatorũ gentiliũq; esto. Quidã iudicatus est parentẽ occidisse: ei statim q̃ fugiendi potestas non esset ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt. Os autem obuolutum est folliculo & præligatum. Deinde in carcerem deductus: ut ibi esset tantisper: dũ culeus in quem coniectus in profluentem deueheretur: compararetur. Interea quidam eius familiares in carcerem tabulas afferunt: & testes adducunt. Hæredes quos ipse iubet scribunt: tabulæ obsignantur. De illo post supplicium sumitur. Inter eos, qui hæredes in tabulis scripti sunt: & inter agnatos de hæreditate controuersia est. Hic certa lex quæ testamenti faciendi his qui in eo loco sint adimat potestatem: nulla profertur. Ex cæteris legibus quæ hunc ipsum supplicio huiuscemodi afficiunt: & quæ ad testamenti faciendi potestatem pertinent: per ratiocinationem ueniendũ est ad huiusmodi rationem: ut quæratur. habuerit ne testamenti faciendi potestatem. Locos autem in hoc genere argumentandi hos: & huiusmodi quosdam esse arbitramur. Primum eius scripti quod proferas laudationem & confirmationem. Deinde eius rei de qua quæritur cum eo de quo constet collationem huiusmodi: ut id de quo quæritur rei de qua cõstet simile eẽ uideatur.

Postea admirationem cũ percõtatione: qui fieri possit: ut qui hoc æquum esse concedat illud neget: quod aut æquius: aut eodem in genere sit. Deide iccirco de hac re nihil esse scriptũ: ꝙ cũ de illa re esset scriptum: de hac re is q scribebat neminẽ dubitaturũ arbitratus sit. Post ea multis i legibus multa prætерita eẽ quæ iccirco prætегita nemo arbitretur: ꝙ ex cæteris de qbus scriptũ sit ĩtelligi possint. Deinde æquitas rei demonstrãda est: ut in iuridiciali absoluta. Cõtra autẽ qui dicet similitudinẽ infirmare debebit quod faciet si demõstrabit illud quod cõfertur diuersum esse genere: natura: ui: magnitudine: loco: tẽpore: persona: opinione: si quo in numero illud quod per similitudinẽ affertur: & quo illud in loco cuius causa affertur: haberi cõueniat demonstrabitur. Deinde quid res: cum re differat demõstrabitur ut non idem uideatur de utraq; existimari oportere. Ac si ipse poterit quoq; rõcinationibus uti ijsdem qbus ante dictum est utetur: si non poterit: negabit oportere qcq̃ nisi quod scriptũ sit considerari: periclitari omnia iura si similitudines accipiãtur: nihil esse pœne quod nõ alteri simile uideatur multis dissimilibus rebus: & in unãquãq; rem tamen singulas esse leges. Omnia posse inter se uel similia uel dissimilia demonstrari Loci cõmunes a rõcinatione opotrere cõiectura ex eo quod scriptum sit ad quod non sit scriptum peruenire & neminem posse omnes res per scripturã amplecti: sed eũ cõmodissime scribere qui curet: ut quædam ex quibusdã intelligãtur. Contra rõcinationem huiusmodi: cõiecturam diuinationem esse: et stulti scriptoris esse: nõ posse omnibus de rebus cauere: quibus uelit. Definitio est: cũ

in scripto uerbum aliquod est expositū cuius de ui quæ
ritur hoc modo. Lex est qui in aduersa tēpestate nauim
reliquærint omnia amittunto: eorū nauis & onera sun
to qui in naui remāserint. Duo quidam cum iam in al
to nauigarent & eorum alterius nauis alterius: onus
esset: naufragum quēdam natantem & manus ad se tē
dentem aduerterunt: misericordia commoti nauim ad
eum applicuerunt: hominē ad se sustulerunt. Postea ali
quanto ipsos quoq; tempestas cœpit iactare uehemen
tius usq; adeo: ut dominus nauis cum idem gubernator
esset: in scapham cōfugeret: & inde funiculo q a pupi
pi religatus scapham annexam trahebat naui: quoad
posset moderaretur: ille; autē cuius merces erant in gla
dium in naui ibidem incumberet. Hic ille naufragus
ad gubernaculū accessit: & naui quoad potuit est opi
tulatus. Sedatis autem fluctibus: et tempestate iam cō
mutata nauis in portum incolumis prouehitur. Ille au
tem qui in gladium incubuerat leuiter sauciatus faci
le est ex uulnere recreatus. Nauim cum onere horū triū
suam quisq; esse dicit: hic omnes scripto ad causam ac
cedunt: & ex nominis ui nascitur controuersia. Nā &
relinquere nauem: & remanere in naui: deniq; nauis
ipsa quid sit definitionibus quæritur. Iisdem autem
ex locis omnibus quibus constitutio definita tractabi
tur. Nunc expositis his argumētationibus quæ in iudi
ciale causarum genus accommodantur: deinceps in de
liberatiuū genus & demonstratiuū argumentandi lo
cos: & præcepta dabimus: non q non in aliqua consti
tutione oīs semper causa uersetur: sed q̄a proprij tamē
harum causarum quidam loci sunt non a constitutione

separati: sed ad fines horum generum accõmodati. Nã placet in iudiciali genere finem esse æquitatem: hoc est partem quãdam honestatis. In deliberatiuo autem Aristoteli placet utilitatem: nobis aũt & honestatem & utilitatem. In demonstratiuo honestatem. Quare in hoc quoq; genere causæ quædam argumẽtationes communiter: ac similiter tractabũtur: quædam separatius ad finem quo referri omnẽ rationem oportet adiũgentur atq; uniuscuiusq; constitutionis exemplum supponere non grauaremur: nisi illud uideremus: quemadmodum res obscuræ dicendo fierent apertiores: sic res apertas obscuriores fieri oratione. Nũc ad deliberationis præcepta tendamus.

DE GENERE DELIBERATIVO. Titu. ix.

r Erum expetendarũ tria genera sunt: par autẽ numerus uitandarũ ex cõtraria parte: nam est quiddã quod sua ui nos alliciat ad se non emolumẽto captans aliquo: sed trahens sua dignitate quod genus est: uirtus: sciẽtia: ueritas. Est aliud autẽ non propter suã uim & naturã: sed propter fructũ atq; utilitatẽ petendũ: quod genus pecunia est. Est porro quiddã ex horũ partibus iunctũ: quod & sua ui & dignitate nos inductos ducit: et præ se gerit quãdã utilitatẽ quo magis expetatur: ut amicitia: bona existimatio. Atq; ex his horũ cõtraria facile tacẽtibus nobis intelligẽtur. sed ut expeditius rõ tradatur: ea quæ perscripsimus breui noĩabuntur. Nã in primo qdẽ genere

quæ sunt honesta appellabũtur. Quæ autẽ in secundo utilia: hæc aũt tria qa partẽ honestatis & utilitatis continẽt: & qa maior est uis honestatis iunctæ esse oino ex duplici genere intelligẽtur: sed in meliorẽ partẽ uocabuli cõferãtur: & honesta noientur. Ex his illud cõficitur ut appetendarũ rerũ partes sint: honestas & utilitas: uitandarũ turpitudo & inutilitas. His igitur duabus rebus res duæ grãdes sunt attributæ: necessitudo et affectio: quarũ altera ex ui: altera ex re & personis cõsideratur. De utraq; apertius perscribemus. Nũc honestatis rõnes primũ explicemus. Quod aũt totum: aut ex aliqua parte propter se petitur honestum noiabimus. Quare cũ eius duæ partes sint: quarũ altera simplex: altera iũcta sit simplicẽ prius cõsideremus. Est igitur i eo genere ois res una ui: atq; uno noie amplexa uirtus. Nã uirtus est animi habitus naturæ modo atq; rõni cõsentaneus. Quãobrẽ oibus eius partibus cognitis erit tota uis simplicis honestatis considerata. Habet igitur partes quattuor: prudentiã: iusticiã: fortitudinẽ: temperãtiã. Prudẽtia est rerũ bonarũ et malarũ & utrarũq; sciẽtia. Partes eius sunt: memoria: intelligẽtia: prouidẽtia. Memoria est per quã animus repetit illa quæ fuerũt. Intelligẽtia est per quã ea perspicit quæ sunt: prouidentia per quã futurũ aliquid uidetur anteq̃ factũ est. Iusticia est habitus animi cõmuni utilitate cõseruata: suã cuiq; tribuens dignitatẽ. Eius initiũ est ab natura profectũ: deinde quædã a consuetudine ex utilitatis ratione uenerunt: postea res & ab natura profectas: et ab cõsuetudine probatas legũ metus: et religio sanxit: Naturæ ius erit quod nõ opinio genuit: sed quædã in-

nata uis inseruit:ut religionē: pietatem:gratiam: uin-
dicationem:obseruātiam:ueritatē. Religio est quæ su-
perioris cuiusdam naturæ:quam diuinā uocant curam
cerimoniāq; affert. Pietas per quam sanguine cōiūctis
patriæq; beniuolis officium & diligens tribuitur cul
tus. Gratia in qua amicitiarū & officiorū alterius me-
moria & remunerādi uoluntas continetur. Vindicatio
est per quam uis:aut iniuria:& oino omne quod obfu-
turum est defendēdo:aut ulciscēdo propulsatur. Obser
uātia est per quam hoies aliqua dignitate antecedētes
cultu quodam & honore dignātur. Veritas est per quā
immutata ea quæ sunt:aut ante fuerūt:aut futura sunt
dicūtur. Cōsuetudine ius est:quod aut leuiter a natura
tractum aliud & maius fecit usus:ut religionem : aut
si quid eorū quæ ante diximus ab natura profectū ma-
ius factum propter cōsuetudinē uidemus :aut quod in
morem uetustas uulgi approbatiōe perduxit: quod ge
nus est pactum:par:iudicatū. Pactū est quod inter ali-
quos cōuenit. Par quod inter oēs æquabile est. Iudicatū
de quo alicuius:aut aliquorū iam sentētijs constitutum
est. Lege ius est quod eo scripto quod populo expositū
est:ut obseruet cōtinetur. Fortitudo est cōsiderata peri-
culorum susceptio & laborum perpessio. Eius partes
magnificentia:fidentia:patientia: perseuerantia sunt.
Magnificentia est rerum magnarū: & excelsarū cum
animi ampla quadā & splēdida propositione cogita
tio:atq; administratio. Fidentia est:per quā magnis &
honestis in rebus multū ipse animus in se fiduciæ cum
certa spe collocauit. Patientia est honestatis aut uti-
litatis causa rerum arduarum : ac difficilium uolun-

taria ac diuturna perpessio. Perseuerãtia est in ratione bene cõsiderata stabilis & perpetua permãsio. Temperantia est rationis in libidinẽ: atq; in alios nõ rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes: cõtinẽtia: clæmẽtia: modestia. Cõtinẽtia est: per quã cupiditas consilij gubernatione regitur. Clæmẽtia per quã animi temere in odium alicuius inuectionis cõcitati comitate retinẽtur. Modestia per quam pudor honestus clarã & stabilẽ comparat auctoritatẽ. At hæc oĩa propter se solũ ut nihil adiũgatur emolumẽti petenda sunt. Quod ut demõstretur: neq3 ad hoc nostrum institutũ pertinet: & a breuitate præcipiẽdi remotũ est. Propter se autẽ uitanda sunt nõ ea modo quæ his cõtraria sunt: ut fortitudini: ignauia: & institiæ iniustitia: uerũ etiã illa quæ propinqua uidentur: & finitima esse: absunt autẽ longissime. Quod genus fidẽtiæ cõtrariũ est diffidẽtia & ea re uitiũ est. Audacia non contrariũ: sed appositum est ac propinquũ: & tamẽ uitiũ est. Audacia non contrarium: sed appositũ est ac propinquũ: & tamen uitium est. Sic unicuiq3 uirtuti finitimũ uitium reperietur: aut certo iam nomine appellatũ ut audacia quæ fidentiæ pertinacia: quæ perseuerantiæ finitima est: superstitio quæ religioni propinqua est: aut sine ullo certo nõie: quæ oĩa item uti contraria rerum bonarũ in rebus uitandis reperiũtur. Ac de eo quidem genere honestatis quod oĩ ex parte propter se petitur satis dictum est. Nũc de eo ĩ quo utilitas quoq3 adiũgitur quod tamẽ honestũ uocamus dicẽdũ uidetur. Sũt igitur multa quæ nos cũ dignitate: tum quoq3 fructu suo ducunt: quo in genere est gloria: dignitas: amplitudo: amicitia.

Gloria est frequēs de aliquo fama cum laude. Dignitas est alicuius honestate & cultu: et honore: & uerecūdia: digna auctoritas: Amplitudo potētiae: aut maiestatis: aut aliquarū copiarū magna abūdātia. Amicitia: uoluntas erga aliquē bonarū rerū illius: ipsius causa quē diligit cum eius pari uolūtate. Hic quia de ciuilibus causis loquimur fructus ad amicitiam: adiungimus: ut eorum quoq; causa petenda uideatur ne forte qui nos de omni amicitia dicere existiment repraehēdere incipiant: quanq̄ sunt qui propter utilitatem modo petendā putāt amicitiam: sunt qui propter se solū: sunt q̄ propter se et utilitatem quorū q̄d uerissime cōstituatur alius locus erit cōsiderādi. Nūc hoc sic ad usum oratoriū reliquatur utrāq; propter rē amicitiā esse expetēdā. Amicitiarū aūt ratio: quoniā partim sunt religionibus iūctae: partim non sunt: et quia partim ueteres sunt: partim nouae: partim ab illorū: partim ab nostro beneficio profectae: partim utiliores: partim minus utiles: ex causarū dignitatibus: ex tēporū oportunitatibus: ex officijs: ex religionibus: ex uetustatibus habetur. Vtilitas aūt aut in corpore posita est aut in extraneis rebus: quarū tamē rerū multo maxima pars ad cōmodū corporis reuertitur: ut in repub. quaedā sunt quae ut sic dicam ad corpus pertinēt ciuitatis: ut agri portus: pecunia: classes: nautae: milites: socij: quibus rebus icolumitatē: ac libertatē retinēt ciuitates. Alia sūt quae iā q̄ddā magis āplū et minus necessariū cōficiūt: ut urbis egregia exornatio: atq; amplitudo: ut quaedā excellēs pecuniae magnitudo: amicitiarū: ac societatū multitudo. Quibus rebus nō illud solū conficit: ut saluae: et incolumes: uerū etiā: ut āplae at potētes sint

ciuitates. Quare utilitatis duæ partes uidētur eē icolumitas: et potētia. Incolumitas ē salutis tuta atq; itegra cōseruatio. Potētia ē ad sua cōseruāda: et alterius obtinēda idonearū rerū facultas. Atq; i his oībus quæ ante dicta sūt: qd difficulter fieri: et qd facile fieri possit oportet cōsiderare. Facile fieri id dicimus quod sine magno: aut sine ullo labore: sumptu molestia q̄ breuissimo tpe cōfici pōt. Posse aūt fieri: quod q̄q̄ laboris sūptus: molestiæ: lōgitatis idiget: atq; aut oēs: aut plurimas: aut maxiās cās habet difficultatis: tamē his susceptis difficultatibus cōpleri: atq; ad exitū perduci pōt. Quoniam ergo de honestate et de utilitate diximus: nūc restat: ut de his rebus quas his attributas eē dicebamus necessitudine et affectione perscribamus. Puto igitur eē hanc necessitudinem cui nulla ui resisti potest: quæ neq; mutari: neq; leniri potest. Atq; ut apertius hoc exemplis sit: licet uim rei qualis et quanta sit cognoscamus. Vri posse flamma ligneam materiam necesse est. Corpus mortale aliquo tempore interire necesse ē atq; ita necesse ut uis postulat ea quā modo describebamus necessitudinis: cui nulla ui resisti potest quæ neq; mutari: neq; leniri potest. huiusmodi necessitudines cum dicendi ratione incident recte necessitudines appellabuntur. Sin aliquæ res incident difficiles in illa superiori possit ne fieri quæstione considerabimus. Atq; etiam hoc mihi uideor uidere esse quasdam cum adiectione necessitudines quasdam simplices & absolutas. Nam aliter dicere solemus necesse esse. Casilinenses se dedere Hannibali. Aliter aūt necesse est. Casilinum uenire in Hānibalis ptātem. Illic in superiore adiunctio

est hæc:nisi si malunt fame perire. Si enim id malunt: non est necesse:hoc inferius non item. propterea q̄ siue uelint Cassilinẽses se dedere:siue famẽ perpeti atq; ita perire necesse est:Cassilinũ uenire in Hãnibalis p̄tãtẽ. Quid igitur hæc perficere põt necessitudinis distributio? prope dicam. Plurimũ cum is locus necessitudinis uidebitur incurrere. Nã cum simplex erit necessitudo: nihil erit quod multa dicamus:cum eã nulla rõne lenire possimus. Cum autẽ ita necesse erit:ut aliquid effugere aut adipisci uelimus tum adiunctio illa quid habeat utilitatis atq; honestatis erit considerãdum. Nã, si uelis attendere ita tamẽ ut id quæras quod cõueniat ad usum ciuitatis:reperies nullã esse rem quã facere necesse sit nisi propter aliquã causam quã adiunctionẽ noĩamus. Præter hæc autẽ inuenies multas esse res necessarias ad quas similis adiunctio nõ accidit. Quod genus ut hoĩes mortales necesse est interire sine adiunctione: ut cibo utãtur non necesse est: nisi cum illa exceptione extra quam:si nolint fame perire. Ergo (ut dixi) illud quod adiũgitur semper cuiusmodi sit erit considerãdũ. Nã oĩ tẽpore id pertinebit:ut aut ad honestatẽ hoc modo exponẽda necessitudo sit necesse est si honeste uolumus uiuere aut ad incolumitatẽ hoc modo necesse est: si sine incõmodo uolumus uiuere. Ac summa quidẽ necessitudo uidetur esse honestatis:huic proxima incolumitatis:tertia ac leuissima cõmoditatis: quæ cum his nunq̃ poterit duabus contendere. Hasce autẽ inter se sæpe necesse comparari: ut q̃q̃ præstat honestas incolumitati tamen utri potissimũ consulendũ sit deliberetur. Cuius rei certum quoddã præscriptũ uidetur in perpetuũ da-

ri posse. Nam qua in re fieri poterit: ut cum incolumita
ti consuluerimus: quod sit in præsentia de honestate de
liberatũ uirtute aliquãdo industria recuperetur: tum in
columitatis ratio uidebitur habẽda. Cum aũt id nõ po
terit honestatis est. Ita hmõi quoq; re cum incolumitati
uidebimur consulere uere poterimus dicere nos hone
statis rationem habere: quoniã sine incolumitate eã nul
lo tempore possumus adipisci. Qua in re uel concede
re alteri: uel ad conditionẽ alterius descẽdere: et in præ
sentia quiescere: atq; aliud tempus expectare oportebit.
In cõmoditatis uero rõne: modo illud attẽdatur digna
ne causa uideatur: ea quæ ad utilitatẽ pertinebit. Qua
re aut de magnificentia: aut de honestate quiddam de
rogetur. Atq; in hoc loco mihi caput illud uidetur esse
ut quæramus quid sit illud quod si adipisci: aut effu
gere uelimus aliqua res nobis sit necessaria: hoc est quæ
sit adiunctio ut perinde uti quæq; res erit laboremus:
& grauissimã quãq; causam uehementissime necessa
riam iudicemus. Affectio est quædã ex tempore: aut ex
negociorũ euentu: administratione: aut hominũ studio
cõmutatio rerũ: ut nõ tales quales ante habitæ sint aut
plærũq; haberi soleant habẽdæ uideantur esse: ut ad ho
stes trãsire turpe uidetur esse: at nõ illo aio quo Vlysses
trãsijt: & pecuniã in mare deijcere inutile: at nõ eo cõsi
lio quo Aristippus fecit. Sunt igitur res quædã ex tem
pore: & consilio: non ex sua natura considerandæ quis
bus in oibus quid tẽpora petãt: aut qd personis dignũ
sit considerandũ est: & nõ quid fiat: sed quo quicq; ani
mo: qcũ: quo tẽpore: q̃diu fiat attẽdẽdũ est. His ex parti
bus ad sniam dicendã locos sumi oportere arbitramur.

DE GENERE DEMONSTRATIVO. Titulus decimus.

Audes aũt et uituperationes ex his locis sumentur: qui loci personis sunt attributi: de quibus ante dictũ est. Sin distributius tractare quis uolet: partiatur in animũ et corpus & extraneas res licebit. Animi laus: uirtus: cuius de ptibus paulo ante dictum est. Corporis ualitudo: dignitas: uires: uelocitas. Extraneæ: honos: pecunia: affinitas: genus: amici: patria: potentia: & cætera quæ simili esse in genere intelligẽtur. Atq; in his id quod in oĩa ualet oportebit: cõtraria quoq; quæ et qualia sint intelligãtur. Videre autem in laudãdo: et in uituperãdo oportebit: nõ tam quæ in corpore aut in extraneis rebus habuerit is de quo agetur: q̃ quo pacto his rebus usus sit. Nã fortunã quidẽ et laudare stultitia: & uituperare superbia est. Animi autem & laus honesta & uituperatio uehemẽs est. Nunc quoniã omne in causæ genus argumẽtandi ratio tradita est: de inuẽtione prima ac maxĩa parte rhetoricæ satis dictũ uidetur. Quare quoniã et una pars ad exitum hũc ab superiore libro perducta est: & hic liber non parum cõtinet litterarũ: quæ restãt in reliquis dicemus.

AD LECTOREM.

Habes lector optime in hoc uolumine ad. C. Herenniũ rhetoricæ artis (cuiuscũq; sint auctoris) libros quattuor sane q̃ eruditos. Item sine controuersia M Tullij Ciceronis de inuentione libros duos q̃optime nuper emendatos & castigatos. Vale & profice

148.

Édition faite a Lyon de 1501 à 1510: vend. 16 sh. Butler. Brunet ed: 1851.